NAtiuitas domini noſtri Iheſu Chriſti, una de quatuor prĩcipalioribus feſtiuitatibus ſolemniſſime celebratur. Ad priores ueſperas & cõpletoriũ, & matutinas, ſtatutũ tẽpus pulſandi, per horã preuenitur. Diuinum

IN EPyphania domini ad nocturnũ Inuita-
torium & hymnus nõ dicuntur. Dicto uero
Dñe labia &c̃ cum, gloria patri more ſolito
incipitur antiphona Afferte dño, Ad lau-
des hymnus, Hoſtis herodes integraliter cã-
tatur Per octauas Inuitatorium, Chriſtus apparuit. Hym-
nus ad matutinas diuiditur, cetera nota ſunt. Domi-
nica infra octauas ad matutinas & ad miſſam, Euãgeliũ
Vidit ioẽs recitatur. Et ſi feſtũ epyphanie in dñica euene-
rit, hoc euãgelium feria quarta infra octauas ad matuti-
nas & ad miſſam ſeruatur. In hoc feſto cãtor domini-
cã ſeptuageſimæ & tempora ſeruãdi officia dominicalia
que inter octauã epyphaniæ & ſeptuageſimã habentur.
Reſpõſoria quoq; ferialia reſtãtia poſt octauas epypha-
niæ & ſeruãda infra ſeptuageſimã & quinquageſimam
quibus diebus ſeruanda ſint tabulæ chori aſſignare de-
bet. Q; ſi euãgelium alicuius dñicæ dicendum fuerit
infra octauas epyphaniæ, tunc memoria dñicæ eadẽ die
ad matutinas cum antiphona de euangelio, & uerſiculo
dñs regnauit, & collecta dominicali fieri debet, & miſſa
de eadem dominica cum memoria de epyphania, & de
beata uirgine cantatur. Pro quo ſciendũ q̄ inter octa-
uam epyphaniæ & dominicã ſeptuageſimæ, unica ẽ hy-
ſtoria dominicalis, ſcilicet Dñe ne in ira. Tria autẽ ſunt
officia miſſæ dominicalia cum ſuis attinentijs, ſcilicet In
excelſo throno, Omnis terra & Adorate. Sub hoc uero
officio adorate, dicuntur aliæ duæ dominicæ non habẽ-
tes proprium cantũ, que tamen duæ nõ ſeruãtur niſi plu-
res dies dominicales q̃ tres inter octauam epyphaniæ &
ſeptuageſimã uenerint. Officia uero triũ dominicarum
nunquã dimittuntur, ſed annis ſingulis poſt octauã epy-
phaniæ in tribus dominicis diebus uel infra hebdoma-
dã obſeruãtur. Quarũ ſi nulla ante octauã uel in octaua

epyphaniæ ſeruatur, tunc per ferias que inter octauā epyphaniæ & dominicam primā ſequētem occurrunt nihil de tempore agitur, ſed de ſctīs quos kalendariū expreſſerit. Q; ſi inter octauā epyphaniæ & ſeptuageſimā nō fuerint, niſi duo dies dominicales, tūc primæ dn̄icæ memoriā agimus, dn̄ica infra octauas, uel dn̄ica in octaua epyphaniæ ad utraſq; ueſpas matutinas & miſſam. Euāgelium uero & officiū miſſæ eiuſdē dn̄icæ, ſeruantur prima feria poſt octauam, & dicūtur Reſpōſoria ferialia ad matutinas. Et ſi tūc octaua epyphaniæ fuerit in ſabbato, euāgelium cū memoria ad matutinas, & officiū illius dominicæ ſeruantur feria quarta infra octauas epyphaniæ. Reliqua tn̄ in horis de epyphania. Similiter fit quādo feſtum Pōciani fuerit in ſabbato, quia hic celebre tenetur. Vbi aūt feſtū Ponciani fuerit triū lectionum, ſeruabitur ibi tunc de feria. Secunda & tertia dominica poſt octauas quelibet in ſua hebdomada ſeruatur. Quādo autē fuerit tātum una dies dominicalis inter octauā epyphaniæ & ſeptuageſimā, tunc primæ dominicæ euāgelium, cū memoria ad matutinas, & officiū miſſæ ſeruantur prima die feriali poſt feſtū epyphaniæ. Secūdæ uero dominicæ memoriā agimus dn̄ica infra octauas uel dn̄ica in octaua epyphaniæ, Cuius euāgelium & officiū miſſæ ſeruātur prima die feriali poſt octauas cū Reſpōſorijs ferialibus. Que quidem reſpōſoria ab octauis epyphaniæ, uſq; ad ſeptuageſimā, quādocunq; de feria ſeruatur, in ſuis ferijs ad matutinas ſeruanda ſunt, niſi in tali die ſeptuageſima occurrerit, ꝙ nulla occurrat dies dn̄icalis inter octauam & ſeptuageſimā. Quia tunc Reſpōſoria de dominica. Dn̄e ne in ira, ibidem ad matutinas diuiſim infra octauas epyphaniæ & ſeptuageſimā ſunt obſeruāda. Reſpōſoria uero ferialia reſtātia infra ſeptuageſimam & quinquageſimam, quando de feria cantatur, ad matutinas etiā

nas etiam in ſuis ferijs obſeruanda ſunt. Q2 ſi tunc feſtum Ponciani quia hic celebre tenemus fuerit ſabbato euangelium eiuſdem dominicæ ſecundæ cum memoria ad matutinas & officium miſſæ ſeruantur feria quarta īfra octauas epyphaniæ. Tertia uero dominica integraliter in die dominico poſt octauas ſeruatur, tranſlato ſi ibidem fuerit feſto nouem lectionum ad proximā feriam ſequentem. Et ſi feſtum epyphaniæ fuerit ſabbato, dominica infra octauas memoria de dominica prima fit ad matutinas & ad miſſam & in ſecūdis tantū ueſperis. Euangelium uero cū memoria ad matutinas & officium miſſæ eiuſdem primæ dominicæ, feria quarta infra octauas ſeruantur. Secunda autē dominica poſt octauas die dominico integraliter ſeruatur, tranſlato feſto nouem lectionum ibidem occurrente. Porro tertiæ dominicæ euangelium & officium & cetera que ad eandē dominicam pertinent infra hebdomadam ſeruātur cum Reſponſorijs ferialibus. Sed cum ſeptuageſima fuerit in die Timothei apoſtoli, tunc ipſo die Priſcæ uirginis & martyris ad matut nas cantātur tantum lectiones ex epiſtolis Pauli, & reſponſoria de ſecundo nocturno hyſtorie dominicalis. Ad laudes uero & ad r̄liquas horas diei omnia ſeruantur de ſancta Priſca. Et tunc in die ſanctorum Marij et Marthe de feria cantatur cum memoria ſanctorum Homelia & miſſa cum reliquis de dominica tertia.

Cum uero nulla fuerit dies dominicalis inter octauā epyphaniæ & ſeptuageſimam tūc primæ dominicæ euāgelium cum memoria ad matutinas & officiū miſſæ prima die feriali infra octauas epyphaniæ ſeruantur. Secundæ uero dominicæ ad utraſq; ueſperas matutinas & miſſam agitur dominica ſequēti. Et prima feria poſt octauas epyphaniæ, ab officio uacante, euangelium & officium miſſæ cum cæteris ad dominicam ſecundam attinentibus

nentibus ſeruantur cū tribus primis Reſponſorijs de hyſtoria dominicali ſcilicet Domine ne in ira. Ipſa uero die Marcelli de feria cantatur, lectiones ex epiſtolis Pauli, reſponſoria de ſecundo nocturno eiuſdem dominicæ, Ad laudes uero & ad reliquas horas diei, omnia cantantur de ſancto Marcello, ſed miſſa legitur de eo, Miſſa uero ꝓ defunctis cātatur. Porro ſi ſeptuageſima fuerit ī die Priſcæ uirginis, in die Antonij de feria cātatur. Reſpōſoria de tertio nocturno dn̄icalis hiſtoriæ, Euāgeliū ad matutinas & ad benedictus ātiphona, & miſſa de dn̄ica tertia ſeruatur, feſto Antonij ad feriam ſecundā ſequentem trāſlato. Sed ſi ſeptuageſima fuerit ī die Marij et marthæ martyrum tūc in die Priſcæ de feria ſeruatur, Ad matutinas de tertio nocturno homelia & miſſa cum reliquis de dn̄ica tertia ſeruantur. Qꝫ ſi ſeptuageſima fuerit ī die Fabiani & Sebaſtiani martyrū: tunc eadem in die Marij & Marthæ ſeruabuntur. Pro illis quibus feſtū Pōciani eſt triū lectionū. Qn̄ nulla eſt dies dn̄icalis inter octauam epyphaniæ & ſeptuageſimam tunc gloſa ordinarij qualiter ſeruandum ſit, proprie ad domos Traiectenſis diocesis pertinet. Non etiam ad illos quibus feſtum Pōciani eſt triū lectionum. Nam ipſi de feria ſeruabunt ibidem, quia eſt prima dies uacās ab officio miſſæ poſt octauas epyphaniæ, & reliqua omnia tunc ſeruabunt de dominica ſecunda. Homelia ad matutinas cum tribus Reſponſorijs primis, & cum miſſa de dominica cum memoria de ſancto. Deinde ipſi ſeruabunt in feſto ſancti Mauri de feria. Ad matutinas reſponſoria de ſecundo nocturno hyſtoriæ dominicalis, ſed homelia et miſſa cū reliquis de dn̄ica tertia ſeruātur cū memoria de ſctō. Et tunc poſt ueſperas huius diei, ſeruanda eſt generalis memoria defunctorū, de qua loquitur ordinarius. ibidē uigilias cantando, & ſequenti die miſſam. Ipſa uero die Marcelli ad

matutinas tãtum ſeruantur lectiones ex epiſtolis Pauli, Reſpõſoria de tertio nocturno hyſtoriæ dominicalis. Ad laudes & ad reliquas horas diei omnia de ſctõ Marcello in cõmuni ſeruãtur Miſſa de eo tunc legitur & miſſa defunctorꝝ cãtatur. Quando ſeptuageſima ẽ in feſto ſctĩ Timothei aplĩ, tunc in feſto ſctĩ Mauri ſeruabunt de feria, Ad matutinas reſponſoria de primo nocturno hyſtoriæ dñicalis. homelia & miſſa cũ reliquis de dñica ſecũda. Et tũc in feſto ſctẽ Priſcæ, ad matutinas tãtum ſeruantur lectiones ex epiſtolis Pauli. Reſpõſoria de ſecũdo nocturno hyſtoriæ dñicalis. Ad laudes & ad reliquas horas diei de ſancta Priſca cãtatur. Porro in feſto ſanctorũ Marij & marthæ de feria cantatur. Homelia & miſſa & omnia de dñica tertia ſeruãtur. Ad matutinas Reſponſoria de tertio nocturno hyſtoriæ dñicalis & cũ memoria ſanctorꝝ. Quãdo ſeptuageſima fuerit in feſto Emerentiane, uel ſancti Timothei, tunc generalis memoria defunctorum facienda eſt in feſto ſancti Antonij, nõ obſtãte quod duplex feſtũ eſt, ibidẽ poſt ueſperas cantando uigilias, & ſequenti die miſſam, & miſſa de ſancta Priſca legitur.

¶ De ſuffragijs q̊tidianis & officio defunctorꝝ Ca, IIII

Poſt octauas epyphaniæ, uſqꝫ ad caput ieiunij, cotidie ad matutinas & ueſperas ſeruantur ſuffragia, de beata uirgine, de ſancto Auguſtino, & de omnibus ſanctis, ſed non in duplici feſto, In quo tamen uſqꝫ ad purificationem, ſuffragium de beata uirgine non omittitur. Dominica poſt octauã predictã, uel alio die congruenti, generalem memoriã defunctorum facimus, pro fratribus & ſororibus domorũ noſtrarum, atqꝫ parẽtibus, & benefactoribus, & ceteris defunctis nobis in oratione commendatis. Et tunc ſi dies binæ refectionis fuerit ulti-

mum ſignum pro ueſperis cātandis ſecunda hora pulſa-
ri debet. Si uero unicæ refectionis dies fuerit, pro huiuſ-
modi uigilijs cātandis, per mediū horæ tardius. Quibus
cantatis, & omiſſis ueſperis beatæ uirginis, quæ tunc, &
quādocunqꝫ uigiliæ cantantur, in cōuentu nō leguntur,
uigiliæ nouem lectionū. Ne des alienis cū reſpōſorijs cō
ſuetis, ſolemniter cantantur. Et ſequenti die Requiem,
cum epiſtola & euangelio de commemoratione, & ora-
tionibus que ad uigilias dictæ ſunt, cātatur. Qꝫ ſi illa die
miſſa & homelia dominicalis occurrerit ſeruāda, ad aliā
feriam uacantem eiuſdē hebdomade transferatur. Alias
ut in feſtis nouē pſalmorꝫ & ſupra duæ miſſæ cantantur,
quarum ſecūda erit pro defunctis In qua quidem miſſa,
prima orō erit, Deus ueniæ. Qꝫ ſi ibidem fuerit funus fra
tris uel ſororis debitū ordinis & anniuerſariū occurrerit.
Prima orō Deus ueniæ, ſub qua debitū ordinis tranſibit,
Secunda pro preſenti funere. Tertia pro anniuerſario.
Quarta pro benefactoribus. Quinta fideliū. Si ibidē de-
bitum ordinis, & anniuerſariū occurrerit. Prima orō De-
us ueniæ, ſub qua rurſus debitū ordinis cōprehenditur,
ſecūda pro anniuerſario, tertia animabus. Simili mo-
do ſeruandum eſt in generali memoria poſt octauas ſa-
cramēti, & in preſentia funeris. Ad has prefatas uigilias,
in die animarum atqꝫ in preſentia funeris & ad earū miſ-
ſas duo cerei ad gradus ſanctuarij collocantur, & duo in
albis miniſtrāt. Poſt has igitur tres memorias defuncto-
rum. quas ſingulis annis pro fratribus & ſororibus or-
dinis, pro parentibus, pro benefactoribus, pro omnibus
nobis in oratione cōmendatis facimus, etiā non minus
ter in anno ſeruanda eſt miſſa ſub duplici feſto pro be-
nefactoribus noſtris uiuis ſcilicet. poſt octauas epypha-
niæ, poſt octauas ſacramenti, & poſt commemorationē
animarū. Poſt octauas ſiquidem epyphaniæ, prima die



quando de

quãdo de beata uirgine ſeruatur, de eadẽ pro benefacto-
ribus uiuis ſub duplici feſto cantatur Poſt octauas ſacra-
mẽti, de ſctã trinitate. Poſt cõmemorationẽ animarꝝ, de
ſctõ ſpiritu, pro eiſdẽ bñfactoribus prima die uacãte cã-
tatur Ad prefatas miſſas, ſecunda oratio erit unde ſeruã-
tur horæ, tertia Deus qui caritatis dona.

## IN PVRIFICATIONE beatæ Mariæ uirginis de benedictione candelarũ & proceſſione CA. V.

IN feſto Purificationis finita hora que miſ-
ſam precedit, prior indutus cappa chorali
ſuper albã (dñicis tñ diebus poſt aſperſio-
nẽ aque conſuetã) aſtãtibus ad dextrã eius
diacono & ad ſiniſtrã ſubdiacono, apertis
ianuis chori, benedicit cãdelas, quas ante horã menſe ſu-
perpoſitas ſacriſta ad gradũ ſcũarij et lectoriũ cum manu-
ali & aquã ſctãm diſponit. Ad primã orationem, & ad
illã, quã cõpleto cãtico ſacerdos ſubiungit, cõuentus in-
clinat. Ad reliquas, & ad prefationem ſtat uerſus altare.

Benedictis cereis aſperſis & thurificatis, incipit cantor
ſolemniter antiphonã, Lumẽ ad reuelationẽ, proſequẽ-
te cõuentu poſt ãtiphonã, Cãticum Symeonis itegraliter
cũ glĩa patri & ſicut erat. decãtatur, ãtiphona ad quẽlibet
uerſum reſumpta. Interim diſtribuũt miniſtri cereos ac-
cẽſos fr̃ibus in choro, & extra chorũ cõuerſis, & ꝑ duos cõ-
uerſos aut familiares, ceteris familiaribus, & hoſpitibus.
Et interim ſacerdos cũ candela ſua, ſtat ante ſedes preſbi-
terij ſilĩter miniſtri, poſt diſtributionẽ cereorũ. Interĩ etiã
accedens uexillifer cũ uexillo. ſed infra ſeptuageſimam.
cũ cruce ſine uexillo, ad gradũ ſanctuarij ſubſiſtit. Com-
pleto cãtico ſubiũgit ſacerdos orõnem. qua dicta cũ mi-
niſtris trãſit ad ſedes preſbiterij. & ſtatim cãtor incipit an-
tiphonã Aue grã plena Cãtataqꝫ per cõuentũ prima clau-
ſula, procedit uexillifer, & poſt eũ fr̃es cereos ardẽtes ge-

ſtantes

ſtantes, de utroq; choro ante gradū cōueniētes, ibiq; duo & duo more ſolito pariter inclinātes. In hac proceſſione duas ſtationes facimus, cū uexillifer ad remotiores angulos ambitus uenerit ibidē ſubſiſtēs donec antiphona incipiatur. Cū tertia antiphona ad ianuā chori procedit, ibiq; ſubſiſtit donec per priorē inchoata ātiphona. Cum inducerēt chorū ingrediēs uſq; ad gradū ſanctuarij procedit, ſtās ſupra gradū quouſq; collecta dicta, uexillū reponat. Ceteri quoq; ingreſſi ante gradū inclinātes ſtatim ad ſedes ſuas redeūt. Sacerdos aūt miniſtris aſtātibus añ gradum, uerſiculū & collectā dicit. Qua dicta ad ſacrarium pariter reuertūtur et cātor introitū miſſæ incipit. Sacriſta uero cereos ab his quibus extra chorum fuerāt diſtributi collectos, recipit, et extinctos in ſua cuſtodia reponit. Fratres autē in choro ardētes cereos retinent. Cūq; offertoriū cātatur, incipientes a ſenioribus ſingillatim eos ad altare offerūt ad manū prioris, et oſculato altari, redeūt. Diaconus autē aſtās, & ſuſcipiens cereos de manu prioris extinguit, & ad ſacriſtæ reponit cuſtodiam.

M.CCCCC.XX.



Ad inueniendum aureū numeruz q̄re in hoc circulo M.D.xx. ⁊ cōple vlteri⁹ nūerando ānos dñi minores: ⁊ nūer⁹ pficiēs illos erit aureus nūer⁹ ꝑ totū iſtū annuz: ⁊ ſub aureo nūero litera ānin vſu martyrologij neceſſaria

M.D.XX.



Ad inueniendū lrām dñicalem et ānuz biſextilē quere in hoc circulo M.CCCCC.XX. ⁊ cōple vlteri⁹ nūerādo ānos dñi minores: et nūerus pficiēs illos erit lr̄a dñicalis q̄ ſibi ibidē duę literę cōcurrerint erit annus biſextilis

## Tabula interualli & feſtorum mobilium, tam in anno communi, q̃ꝫ in anno biſextili

| Aureus nūer⁹ in anno biſextili, | Aure⁹ nūerus in anno cōmuni | Lr̄e dn̄icales, | Hebdomade interualli, | Dies cōcurrētes | Septuageſima, | Quadrageſima, | Paſca | Aſcenſionis | Penthecoſtes | Octaua trinitatis | Nūer⁹ vacātiarꝫ |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | xvi | c | | | | | | | | | |
| xvi | v | d | v | iij | Priſ | bru | ne | lis | e | net | iiij |
| v | | e | v | iiij | ca | o | iūc | phi | pi | vr | iiij |
| | xiij | f | v | v | ſab | ſco | ta | lip | pā | ba | iiij |
| xiij | ij | g | v | vi | ag | laſ | ma | crux | ſer | nū | iiij |
| ij | | A | vi | o | vin | ti | ri | et | et | be | iiij |
| | x | b | vi | i | cen | ca | a | god | ſof | de | iij. |
| x | | c | vi | ij | ti | va | ge | io | ma | criſ | iij |
| | xviij | d | vi | iij | pau | lent | ni | han | ius | pe | iij. |
| xviij | vij | e | vi | iiij | po | Ju | tri | la | in | nic | iij. |
| vij | | f | vi | v | no | li | ce | tijn | hac | mar | iij. |
| | xv | g | vi | vi | bi | con | A | e | ſe | cel | iij. |
| xv | iiij | A | vij | o | le | iun | pril | pi | ri | le | iij. |
| iiij | | b | vij | i | lu | ge | in | pan | e | bo | ij. |
| | xij | c | vij | ij | men | tunc | am | ſer | te | ni | ij |
| xij | i | d | vij | iij | bri | pe | bro | et | net | dat | ij |
| i | | e | vij | iiij | pur | trum | ſi | ſoph | vr | iun | ij |
| | ix | f | vij | v | bla | ma | i | ma | ba | pri | ij |
| ix | | g | vij | vi | ſus | thi | feſ | ius | nū | mi | ij |
| | xvij | A | viij | o | a | am | tis | in | be | bar | ij |
| xvij | vi | b | viij | i | gat | in | o | hac | de | o | i |
| vi | | c | viij | ij | fe | de | uat | ſe | criſ | dul | i |
| | xiiij | d | viij | iij | bru | mar | at | ri | pe | fi | i |
| xiiij | iij | e | viij | iiij | o | ci | qꝫ | e | nic | vi | i |
| iij | | f | viij | v | ſco | us | ty | te | mar | ti | i |
| | xi | g | viij | vi | laſ | of | bur | net | cel | qꝫ | i |
| xi | | A | ix | o | ti | fi | ci | vr | le | mar | i |
| | xix | b | ix | i | ca | ci | pet | ba | bo | pro | |
| xix | viij | c | ix | ij | va | o | va | nū | ni | thos | |
| viij | | d | ix | iij | lent | de | ler | be | dat | al | |
| | | e | ix | iiij | iu | co | ſac̄ | de | iun | ſac̄ | |
| | | f | ix | v | li | ra | ti | criſ | pri | ti | |
| | | g | ix | vi | con | tur | qꝫ | pe | mi | io | |
| | | A | x | o | iun | gre | ge | nic | bar | han | |
| | | b | x | i | ge | go | or | mar | o | io | |
| | | c | x | ij | tunc | ri | mar | cel | dul | dor | |

Pro intellectu precedentis tabulæ notandum In tabu
la precedenti de interuallo (hoc eſt tempus a natiuitate
dñi ad quinquageſimã, ſeu dominicam Eſto mihi) & de
feſtis mobilibus, quere literam dominicalem proximam
poſt aureũ numerꝫ in anno cõmuni, & cõtinuo a dextris
literæ uidebis numerum hebdomedarũ interualli, in ſe-
quenti dies cõcurrentes, in tertio dominicã ſeptuageſi-
mam, in quarto dñicam quadrageſimæ, in quinto domi
nicam paſcæ, in ſexto feſtum aſcenſionis, in octauo pen-
tecoſtes, in nono octauam trinitatis. Omnia hec in eadẽ
linea ad dextram literæ dominicalis cõſpicies in ſyllabis
dierum exarata. Sed in anno biſextili hec preſcripta per
aureum numerũ priorem reperienda ſunt mõ predicto.

## De Septuageſima Cap. VI.

Dominica in ſeptuageſima uexilla depo-
nuntur. In primis ueſperis ſuper pſalmos
dicitur unica antiphona Alleluya tria.
Reſponſorium Formauit igitur cum cete
ris ſicut in libris plenius cõtinetur. Bene-
dicamus cum tribus alleluya, qualecũq; feſtum fuerit, cã
tatur, & poſtea ad ueſperas btẽ uirginis & deinceps uſq;
ad uigiliã paſcæ alleluya ſubticetur, loco cuius in princi-
pio horarũ dicitur Laus tibi dñe rex eternæ gloriæ. Et in
antiphonis uel in alio cãtu pro alleluya, dicitur In eternũ
In antiphonis tamẽ ubi tonus nõ requirit, alleluya omit-
titur, nec additur in eternũ, ut in antiphona Ecce Maria.
& in antiphona Veni ſctẽ ſpiritus & in ſilibus. Te de-
um, Gloria in excelſis, Sequentie, Ite miſſa eſt, ſolo annũ
ciationis dñicæ feſto excepto, neq; de tẽpore neq; de ſctis
cãtatur, ſed pro Te deũ reſponſoriũ repetitur. Ad miſ-
ſam cõuentualem dominicis diebus uſq; ad paſcha, di-
citur tantum una collecta, niſi ſpecialis occurrerit. Ante
feſtum

feſtum tamē purificationis,collecta de beata uirgine nō omittitur. Pro alleluya Tractus ſedendo & uerſus alternādo canimus.partem autē extremā ultimi uerſus,uterqꝫ chorus cōcinit. Tractus tamen dominicalis non iteratur infra hebdomadā,poſtqꝫ ſemel cātatus fuerit. Deniqꝫ in miſſa de ſancta Trinitate.De ſancto ſpiritu. Et de uenerabili ſacramento,tractus Laudate dn̄m om̄es gētes poſt ſeptuageſimā ſemper dicitur. Et in miſſa de ſancta Cruce,tractus Sepe expugnauerūt.In miſſa autē Patroni,tractus erit Beatus uir,de cōfeſſoribus.Pro pace. Qui confidunt. In hac dn̄ica ſeptuageſimæ, & in ceteris dn̄icis uſqꝫ ad paſca,de nullo ſctō cantatur.ſed feſta nouē lectionum & duplicia que in his dn̄icis occurrunt, ad primā feriā ſequentem tranſferuntur.Feſta tn̄ Purificationis & annunciationis celebrātur, & ſeruātur quocunqꝫ die an̄ dn̄icam palmarū uenerint. Feſta etiā nouē lectionum q̄ in ſabbatis ueniūt non habent ſecundas ueſpas, ſed memoriā tantum. Similiter que in feria ſecunda ueniūt nō habent primas ueſperas,excepto feſto ſcti Fabiani & Sebaſtiani martyrꝫ.cum in ſecunda feria uenerint. Duplicia uero feſta ſemper hn̄t utraſqꝫ ueſperas,niſi in ſabbato palmarū uenerint.Feſta etiā nouem pſalmorum,excepta octaua Agnetis, ſi in dn̄ica an̄ caput ieiunij uenerint, ad proximā feriā ſequentem uacātem tranſferuntur. Ferialibus diebus ſemper de feria ſeruatur,niſi ſit feſtū hn̄s officium miſſæ. De cōmemoratione beatæ Mariæ nō cantantur horæ.Quādo uero de ſanctis cantatur, uſqꝫ ad caput ieiunij,nō fit memoria de feria,niſi ad ueſperas,quādo ſequēti die de feria ſeruabitur. Dominica in quinquageſima nonum Reſpōſoriū Cecus ſedebat per hebdomadā non iteratur.poſtqꝫ ſemel cantatum fuerit in dominica,uel in feria tertia propter homeliā, qn̄ feſtū purificatiōis occupauerit hāc dn̄icam. Et ſciendū ꝙ reſpōſo-

ria

In celebratione festi Annunciatiōis sequimur matricē Ecclia[m]

‡ Et festo s. Gheertudis in feriā scdam translato.

ria de Noe non repetuntur tertia uice. Quãdo etiã feſtum purificationis beatæ Mariæ in dñica ſeptuageſime uenerit, tunc prius ſeruabũtur. reſponſoria de dominica ſeptuageſimæ ſemel ĩtegraliter, ꝗ̃ reſpõſoria ferialia adhuc reſtãtia, propter reſponſorium Ecce adam, quod aliter conuenienter ſeruari non poteſt.

## De ieiunio Cap. VII.

Feria quarta in capite ieiunij, ad matutinas homelia pronũciatur de ieiunio. Et ſi fuerit ibidem feſtũ nouem lectionũ ul' ſupra, homelia, ꝓ nona lectione, & ſecunda miſſa de ieiunio ſeruantur. Ad laudes & ad ueſperas, capittula & hymnus cãtantur de ieiunio. Communia ſuffragia de ſanctis ab hinc uſq; ad octauas paſcæ non dicuntur, ſed ſingulis diebus uſq; ad dñicam in paſſione abſq; dñicis ſolummõ dicitur ſuffragiũ pro pctis cũ collecta que ſup populũ. dicitur. Hac die & deinceps uſq; ad feriã quintam in cena dñi cotidie exceptis dñicis, añ tertiã ſeptẽ pſalmos penitẽtiales ſingulos cũ gl'ia patri terminãdo, & letanias cũ precibus, flexis genibus, in conuentu legimus, Hebdomedarius letanias ꝓnuncians, & preces cũ tribus collectis aſſcriptis, in genibus manet ſubiungẽs in fine. Bñdicamus dño. Fideliũ aũt non dicitur. Qñ aũt duæ miſſæ cãtantur & qñ capitulũ ſeruatur, ſeptem pſalmos cũ letanijs in priuato dicimus. Quando etiam de ſctis ſeruatur tunc capittulũ poteſt differri uel potius preueniri propter duplicem miſſam cantandam.

Ante miſſam huius diei finitis ſextis prior miſſam cãtaturus, ꝓcedit abſq; caſula precedente diacono ad altare.. Et apertis foribus chori, cineres ſub accentu collectarum ad minores horas, benedicit, conuentu interim ſtãte uerſus altare. Quibus benedictis & aſperſis aqua ſctã, ad aſperſionẽ chori & populi cãtatur (nudatis capitibus) antipho

antiphona Exaudi &c̄. Cui ſubiungitur collecta ſub ac=
centu collectarū miſſæ ad altare dicenda ad quā etiā ge=
nua flectimus, diacono pronunciāte Flectamus genua.
Deinde cantentur antiphonæ Immutemur & Iuxta ue=
ſtibulum Et interim accedentes ſinguli, primo diaconus
deinde ſupprior aut ſenior in choro deinde celebrās a ſe=
niore, prius ſtola circumdato Poſtea reliqui per ordinem
flexis genibus ad dexterum cornu altaris cineres ſuſcipi
unt. Alter etiā ſacerdos, āmonitus a cātore, ſumpta ſtola,
poſtq̄ cineres ſuſceperit, deſcendens ad inferiorē eccleſi=
am, conuerſis hoſpitibus & familiæ cineres imponit.

Datis cineribus, claudūtur ianuæ chori & accendūtur
cerei altaris Et ſacerdos ad ſacrariū reuertitur, & lotis ma=
nibus, caſula indutus, ad miſſam ꝓcedit. Cineres ſacriſta
de palmis anni preteriti cōbuſtis colligit, & reſiduos poſt
officium ad locū ſacrū effundit. Singulis ferijs ad ora=
tiones pronunciante diacono Flectamus genua, uſq; ad
per omnia ſecula ſeculorum, genua flectimus Infra ulti=
mū uerſum huius tractus. Domine nō ſecundū peccata
noſtra, genua flectimus uſq; ad propter nomen tuū. Can
tans autem miſſam in medio altaris. Ibiq; ſurgentes reſi=
duum uterq; chorus ſtādo proſequitur. In fine miſſæ ad
exhortationē diaconi dicentis Humiliate capita ueſtra
deo chorus cōtra chorum inclinat. Sabbato ſequenti
ſacriſta poſt refectionē imagines uelat & uelum tēpli an
te ſanctuariū appendit. Quod tn̄ uſq; poſt cōpletoriū ſe=
quētis diei remouetur. In oībus etiā dn̄icis diebus, & qn̄
de ſctīs cantatur, a primis ueſperis uſq; poſt ſecundū cō=
pletorium, & ad miſſam que pro pn̄ti defuncto cantatur
in cōuentu, & quando efferendus eſt defunctus, qui in
choro locatus fuerit, uelum ſimiliter remouetur. In omni
bus quoq; feſtis dū miſſa de feria cātatur, uelum āte ſan=
ctuarium attrahitur. In qua etiā miſſa genuflexiones &

ceteræ cōſuetudines ſicut in alijs ferijs obſeruãtur. Ad
eleuationē dñici corporis dum ſacerdos ſe īclinat.ad hāc
igitur.diaconus uelū a ſanctuario remouet quod cerofe=
rarius extincto cereo iterū attrahit. & poſt tertium agnus
dei aſcēdit ad ſedes preſbiterij ut dum tēpus fuerit uinū
ſacerdoti miniſtrare poſſit. Sciēdum etiā ꝙ per totum
ieiuniū uſqꝫ ad cenā dñi de tēpore cū precibus ſicut in ad
uentu dñi cantatur.niſi feſtū nouem lcōnum occurrat.
De minoribus feſtis fit tātum memoria ad ueſperas ma=
tutinas & ad miſſam. Curſus glorioſæ uirginis Mariæ
ab hinc uſqꝫ ad octauas paſcæ in cōuentibus ubi oēs ho=
ræ cantātur, in priuato dicitur.In alijs uero cōuentibus a
dñica tantum palmarū uſqꝫ ad octauas paſcæ,in priuato
dicēdus ē. Quādocunqꝫ uero de ſctis horæ cantantur,
tūc ad ueſperas & ad matutīas,fit cōmemoratio de feria,
& ſuffragiū pro pctis. Tunc etiā duæ miſſæ cantantur in
cōuentu.prima de ieiunio, poſt tertiā. ſecunda poſt ſextā
de feſto cātatur.ſicut ceteris tēporibus anni quotiēs in ali
quo die duæ miſſæ cantātur.excepto tēpore quadrageſi=
mali de quo infra ſcribitur.ac ſabbatis quatuor tēpoꝝ.et
niſi aliter in ordinario ſuis locis expreſſum fuerit.Quan=
docūqꝫ miſſæ duæ cantātur ad miſſam de tēpore collctā
de feſto dicitur.ſed non econuerſo.

## De uigilijs dicēdis in quadrageſima Cap. VIII.

IN dñica prima quadrageſimæ & ſingulis
diebus uſqꝫ ad ſabbatum palmarum uigi=
lias triū lectionū dicimus. Ad has uigilias
dicendas ferialibus diebus cōueniunt fra=
tres in choro dum primum ſignū pro com
pletorio pulſatur inter quartā & quintam horā. que hoc
ordine leguntur. Dñicis diebus & ferijs quartis tres pſal=
mi de primo nocturno cum tribus primis lectionibus
Parce mihi domine & reſponſorijs & cū ueſperis & lau=
dibus.

dibus. Ferijs ſecundis & quintis tres pſalmi cū lectioni-
bus & reſponſorijs de ſecundo nocturno Ferijs tertijs &
ſextis, pſalmi, lectiones, et Reſpōſoria de tertio nocturno
cū collectis ꝑ annum conſuetis. In duplicibus uero feſtis
nō leguntur nec in ſabbatis nec in profeſtis ſanctorum

Poſt hanc dñicam, uſqꝫ ad cenam dñi, exceptis dñicis
nona cātatur cū ſexta ante miſſam. & poſt miſſam cantā-
tur ueſpere diei. Hoc tpe exceptis dñicis quarta hora
ſacriſta ſignum dāte fratres lectioni uacāt, uſqꝫ ad primū
ſignum cōpletorij. & tunc ad uigilias dicēdas cōueniūt
in eccleſia. Si autē uigiliæ nō fuerint dicendæ. tunc a pri-
mo ſigno cōpletorij quod pulſatur in medio quintæ, le-
ctioni uacant, uſqꝫ ad quintā horā. Qua ſignata loqui li-
cet. & interuallo facto, ſignum ad collationem pulſatur.

De duabus miſſis cantandis

Quando duæ miſſæ in quadrageſima cātandæ ſunt
(excepta miſſa defunctorum que ibidē ſemꝑ primo cāta
bitur. niſi pro pñti funere ad arbitriū preſidētis magis ſe-
cūdo loco cātari cōgrueret), prima miſſa de feria poſt ter-
tiā, cui ſubiūgitur ſexta. Ac deinde egreſſis fratribus dum
tps fuerit duplex ſignū ad nonā pulſatur more ſolito. Cā-
tata nona, ſequitur miſſa de feſto, & poſtea cātantur ueſ-
pere. Primū ſignū ad ueſperas fit orōne dñica finita, ſe-
cundū fit data bñdictiōe miſſæ uſqꝫ ad ſicut erat. In feſto
autem annunciationis dñicæ quia ter pulſandum eſt ad
utraſqꝫ ueſperas, primum ſignū pulſatur finita oratione
dominica, uſqꝫ ſecundum per omnia ſecula ſeculoꝝ, ſe-
cundum poſt tertium agnus dei, tertium uero data bene
dictione miſſæ uſqꝫ ad ſicut erat

De quatuor temporibus.

Feria quarta ſexta & ſabbato poſt dñicam Inuocauit, ſer
uantur quatuor tempora. Feria quarta poſt primā colle-
ctam ad miſſam legitur lectio ab uno iuniorum ſequitur

graduale

graduale poſtea dicuntur reliquæ collectæ cum, epl'a & ſubiungitur tractus diei. De neceſſitatibus nec ſeruatur alius. Ferijs quintis uſq; ad palmas quãdo de tẽpore cantatur ad ueſperas in pſalmo Confitemini. ad quemlibet uerſum additur. Quoniam ineternũ & non fit pauſa niſi ante quoniam in eternum. Feria ſexta nihil ſpeciale fit. Sabbato ſeptẽ pſalmos cũ letanijs in priuato dicimus, cetera ſicut in aduẽtu dñi ſabbato quatuor tpm. Dñica tertia ad cõpletoriũ. & quãdocunq; cãtatur hec antiphona Media uita. dũ cãtatur. ſancte deus &c. uſq; ad finem antiphonæ genuflectimus. Feria quarta poſt dñicam quartã, ad miſſam legitur lectio ab uno iuniorꝝ, poſt primam collectã. Dominica in paſſione & deinceps uſq; ad paſca niſi de ſanctis cãtetur. non dicitur Gloria patri poſt reſponſoria de tempore, ſed reſponſoria ſtando repetimus. Et ſciendum ſi feſtum Annunciationis glorioſæ uirginis uenerit in hac dominica. tunc reſponſorium Iſti ſunt dies uacat illo anno, loco cuius dicitur reſpõſorium ultimum ſcilicet Doceam. In hymno Vexilla et quadocunq; cantatur hic uerſus O crux aue. capita nudamus & genua flectimus. Ad matutinas ſimiliter poſt uenite non dicitur gloria patri, ſed poſt primum uerſum fit repetitio a medio inuitatorij. & poſt ſecundum uerſum totũ inuitatorium repetitur. Ad aſperſionem cantatur Aſperges ſine gloria. Ad miſſam cõuentualem cotidie tantũ una collecta dicitur uſq; ad paſca, niſi ſpecialis occurrent. In miſſis de ſanctis hoc tempore, ſimiliter una tantum collecta dicitur. In hac etiam hebdomoda recitantur & ſeruantur anniuerſaria que in hebdomoda ſequẽti eueniunt. In miſſa autem de tempore uſq; ad paſca, prefatio de ſancta cruce. In miſſa uero de ſanctis prefatio erit generalis.

## De dominica palmarum Cap. VIIII.

Dominica

Dominica in palmis & deinceps uſq; ad octa-
uas paſcæ, de nullo ſctō quicq; agitur. nec fe-
ſtum alicuius celebratur, nec pro defunctis in
cōuentu cātatur, niſi pro pñti defuncto Ad
primas mane ſurgitur ut ſcilicet quīta hora ad minus in-
cipiātur. & ſomnus meridianus fratribus cōceditur. Poſt
primas ſacriſta locū ꝓ cruce adorāda preparabit ponetq;
truncū uł ſcānum ſtratū tapete ubi crux collocetur. & pro
uidebit ne quid indecēs infra clauſtꝝ appareat. Poterit
autē hmōi locus preparari in ambitu añ eccłiam, uel in
eccleſia, pro ut magis cōuenit, pro loci diſpoſitiōe, & po-
puli deuotione. & ſecundū hoc hymnus Glīa laus, uł in
eccłia, uel in choro, ianuis ipſius chori aut eccleſiæ clau-
ſis, decātari. Ramos etiā precedēte die prouiſos ſuper
gradū ſanctuarij ad bñdicendū cum aqua bñdicta cōpo
nat & circa finē benedictionis prouidebit etiā ignē & in-
cēſum. Bñdictio ramorꝝ & officiū miſſæ ad priorem ſpe-
ctat. Cerei autē in altari nō accēduntur ante introitū ec-
cleſiæ. In hebdomoda quoq; palmarū nullus miſtrat niſi
ordinatus a cātore. Finitis igitur tertijs quas per quar-
tale horæ ante ſeptimā incipimus procedit prior cum mi-
niſtris more ſolito dum cātatur Aſperges. Aſperſo autem
choro & populo dictoq; uerſiculo. Oñde nobis dñe cum
collecta. īduit cappā ſibi allatā. Et apertis ianuis chori cā
tor incipit antiphonā O ſanna. Sequiturq; (poſt collectā
Epiſtolā, Reſpōſorium collegerunt & Euangelium) bñ-
dictio ramorꝝ pro ut in manuali continetur. Dum ſacer-
dos dicit orationes & cetera que ad ipſum ſpectāt, diaco-
nus ſtet ad dextrā eius & ſubdiaconus ad ſiniſtrā. Cōuen-
tus autē ad duas primas orōnes que añ exorciſmū dicun
tur. inclinat. Ad exorciſmū uero & ad oēs orationes que
ſequuntur uſq; ad diſtributionem ramorū ſtet uerſus al-
tare. Cumq; legitur epiſtola. Venerunt filij, & dum cāta-

tur responſoriū Collegerunt cū uerſu, cōuentus in choro ſe-
det, ſacerdos in preſbiterio. Verſum. vnus autē. duo preſ-
biteri ad hoc deſignati in loco ubi epiſtola lecta eſt, can-
tant ante medium reſpōſorij Ne forte. Deinde diaconus
uerſo pulpito ad aquilonē & accepta benedictione a pri
ore, premittēs dn̄s uobiſcū, legit Euāgelium. Cū appropi-
quaſſet. Duabus orationibus dictis que ſequūtur prefa-
tionē aſperguntur rami & adolentur incenſo. ſtatimq; cā
tor ſolēniter incipit antiphonā Pueri hebreorū. & diſtri-
buunt miniſtri ramos ſingulis fratribus & cōuerſis extra
chorū duo autē cōuerſi diſtribuunt ceteris laicis reuertē-
tibus miniſtris ad gradū ſanctuarij. Deinde ſacerdos di-
cta collecta ad quam cōuentus inclinat aſcendit cū ſub-
diacono ad ſedes preſbiterij. Diaconus uero diſtributis
ramis de retro altare crucem nudā affert adorandam, ubi
per ſacriſtā ante officium repoſita fuerat. ſtatq; diaconus
ſuper medium ſanctuarij. & nō portatur alia crux.

## De proceſſione

Finita oratione incipit cantor ad proceſſionem anti-
phonā Cum appropinquaret. Cumq; diaconus ſe uertit
cū cruce ad procedēdum, ſequūtur eum fratres de utroq;
choro cōuenientes in medio an̄ ſanctuariū, modeſte cū
ramis inclinātes. & ſequuntur prior & ſubdiaconus col-
lateraliter incedētes. In hac proceſſiōe tres facimus ſtati-
ones, duas cum diaconus ad duos āgulos ab eccl'ia remo
tiores uenerit. tertiam in loco pro cruce adorāda prepara-
to. Vbi cum diaconus crucē reuerēter depoſuerit & anti-
phona que cātatur terminata fuerit, om̄es uerſa ad crucē
facie genua deuote flectimus. Et quādocunq; crux ſuſ-
cipitur uel deponitur, & tūc & in paraſceue prius adora-
tur & oſculatur. Prior uero in medio ante crucem proce-
dens & genua flectens, ter incipit antiphonam Aue rex
noſter, uocem qualibet uice magis eleuādo, quā cōuen-

tus tertia uice inchoatũ, i genibus ꝓſequitur. Qua finita ſurgũt uniuerſi, & dicente ſacerdote orationẽ, ſtant uerſa facię ad crucẽ, uſqꝫ ad introitum eccleſiæ uel chori. Dicta uero orõne redit ſacerdos ad locũ ſuũ. & duo ad hoc deputati intrãtes eccl'iam claudũt ianuã & uerſi ad crucem cãtant hymnũ Gl'ia laus. cõuentu eundẽ uerſum poſt ſingulos uerſus repetẽte Hymnoqꝫ finito predicti duo ianuam aperiũt & ſacerdos leuata cruce incipit reſpõſorium. Ingrediẽte dño. & precedens eũ proceſſio intrat eccleſiã. ponuntqꝫ ſinguli ramos ſuos hic inde, ſuper gradus ſanctuarij, inclinãtes & ad ſedes ſuas trãſeuntes, Prior autem cũ miniſtris proceſſionẽ ſequẽs ante gradũ ſubſiſtit. & diaconus circa finẽ reſpõſorij crucẽ a priore ſuſcipiens, poſt altare reponit & uelat. Dictoqꝫ uerſiculo cũ collecta, ad quã conuẽtus inclinat. ad ſacrariũ pariter reuertuntur, & ſtatim incipitur miſſa. Sacriſta uero clauſis ianuis chori aufert ramos a ſanctuario. Ad paſſionem que hac die ad miſſam legitur & ad reliquas infra hebdomodã legẽdas. nec ſignamus nos. nec gloria tibi dñe, dicimus. Sed nec diaconus eas lecturus, benedictionẽ accipit. nec paſſiõe finita, celebrãti liber oſculãdus porrigitur. Infra paſſiones, recitata ſaluatoris noſtri expiratione, cuncti ſolo tenus proſternimur. Preſbiter uero ante mediũ altaris & diaconus ante lectoriũ euangelij uerſus altare genua flectunt & ad ſignum prioris ſurgimus. Feria tertia & quarta ad ſignum preſidentis. Horas per hebdomodam hebdomedarius more ſolito incipit & complet. & feria ſecunda tertia & quarta miſſam prouidet. Feria tertia & quarta ſignum ad ſextã propter paſſionem legendam circa mediam horã preuenitur. Feria quarta prima lectio ad miſſam ab uno iuniorum legitur, quam ſequitur graduale, poſt ſecundam uero quam miniſter legit cantatur tractus ſolus. Infra paſſionem, cum legitur Et uelum

templi

templi ſciſſum eſt, uelum a ſanctuario remouetur ſicut ad eleuationem fieri ſolet, manetq́ʒ. remotum deinceps, & poſt refectionem deponitur. & ſacriſta totam eccleſiã purgat. Poſt refectionem fratres prouidere poſſunt faciẽda & precipue que his noctibus ſine lumine ſunt cãtanda. Ad cõpletorium & ad ceteras horas ab hac die uſq́ʒ in uigiliam paſce campana non pulſatur ſed ſacriſta tempore debito per clauſtrum pro ſigno horarum tabulã ꝑcutit. Cõpletorium circa ſextã horã dicitur. Primo itaq́ʒ ſigno cõpletorij (in medio quintæ) facto, lectioni inſiſtẽdum eſt. Et altero ſigno (quod in medio ſextæ fit) conueniunt fratres ad collationem. Fratribus autẽ ad ſignũ prioris refectoriũ ingreſſi s, lector in medio inclinans, & nihil dicẽs, ſine benedictione ad legẽdum accedit. ſedẽteq́ʒ conuentu poſtq́ʒ uerſum legerit. audito ſigno. Benedicite dicit & potus more ſolito benedicitur. In fine lectionis Tu autem nõ dicitur, ſed dicto Adiutorium noſtrũ fratres more ſolito ad eccleſiam procedunt, & interim ſacriſta tabulam breuiter in clauſtro percutit. Horas etiam (exceptis matutinis & in cena dñi, ueſperis) ſine cantu legimus. Completoriũ hoc modo dicimus. Fratribus in choro cõſiſtentibus, ad ſignũ prioris genua flectimus, dñicam orationẽ cum cõfiteor dicentes. Deinde ſurgentes, nudos pſalmos completorij, alternatim ut moris eſt, ſedendo legimus. Canticum etiam. Nunc dimittis immediate poſt pſalmos, ſtantes & nudo capite dicimus. & om̃ia abſq́ʒ gloria patri. adiuncta ãtiphona Chriſtus dñs, ſupra formã proſternimur. orationem dñicam ſub ſilẽtio dicentes. Qua dicta, hebdomedarius ſignũ ſupra formã facit. & Credo in deum dicimus. Similiter & ad primas poſt Pater noſter, hebdomedario ſignũ dãte, Credo in deũ, legimus deĩde & cõfeſſio ſequitur ante pſalmũ Miſerere. Dñs uobiſcũ nõ dicitur ante collectã, quã hebdomedarius

rius ſtando legit Neqꝫ benedicamus. Neqꝫ fidelium nec
benedictio datur. nec antiphona de btā uirgine dicitur,
ſed Aue maria ter dicta, & oratione dominica ſubiūcta,
dormitorium cuncti intramus Cetera patēt in libris

## De cena domini & tenebroſis matutinis Cap. X.

FEria quinta in cena dñi & duabus ſequē=
tibus ad matutinas que tenebroſæ dicun=
tur eo q̄ ſine lumīe terminētur tredeci ce=
rei añ faciē altaris ardebūt. Dñe labia non
dicitur, ſed ſigno poſt orōem dñicam dato
ſurgimus. impoſitaqꝫ antiphona zelus domus, cātor pſal
mū intonat. & nuſqꝫ dicitur, gl'ia patri. Verſiculi ſine neu
mate dicūtur, ſicut ī uigilijs def.unctoꝝ, Poſt orōem dñi=
cā ſacerdos nō reſumit Et ne nos. ſed priore ſignū dāte ſur
gētes. ſedibus cōtinuo dimiſſis ſedemus & pronunciātur
lectiones ſuper pulpitū nudū ſine benedictione. & ſine
Tu autē, cōcluduntur. Lcōnes eīn ſecūdi & tertij noctur=
ni ſicut prophetiæ ad miſſam t̄minātur, Finito nono rñ=
ſorio & eo repetito ſine medio incipitur ātiphona ad lau
des & extinguūtur duo extremi cerei per iuniorē in cho=
ro hebdomedarij exiſtentē. & deīceps duo alij extremi p
alium minorē in alio choro exiſtentē. qui alternatis etiā
uicibus poſt quēlibet pſalmū cereos uſqꝫ ad ultimū pſal=
mum extinguunt. Vltimo uero pſalmo finito ſacriſta ſu
periorē cereum ardentē, ceteris eccleſiæ luminaribus ex=
tinctis in ſacrario abſcōdit. Que ſequuntur in tenebris
cantāda ſunt. & ut officiū diuinū ſine cōfuſione cōplea=
tur diligēter preuidēda. Canticū Bñdictus & que ſequū=
tur ſonora uoce cantātur. Poſt antiphonā ad Benedictus
duo de iunioribus retro altare ſtantes Kyrieleiſon decā=
tant. & preſbiter hebdomedarius cum preſbitero ſeniore
ſibi proximo (niſi cantor alios deputauerit) uerſum Qui
paſſurus. Alij uero duo ſacerdotes uel in ſacris conſtituti

iuxta ianuā chori. Dñe miſerere. Deinde cuncti pariter cātant antiphonā Chriſtus dñs. Qua tertia uice terminata prior ſubiungit Mortē aūt crucis & cetera prout in antiphonario cōtinetur. Dicta collecta ſacriſta cereū quem abſconderat reportat & accendit ex eo lāpadem. De reliquis horis require libros in ſuo loco. His tribus diebus martyrologium non recitatur, neꝗ cetera dicūtur que in domo capittuli dici ſolent. Leguntur etiā ante tertiā ſeptē pſalmi. ſine gloria & abſꝗ letanijs Priuatas miſſas nō facimus. ſed prior unicū officium cuſtodit. Hac feria quinta, tota die uſꝗ poſt mādatum, & feria ſexta, uſꝗ ad quintam horam ſilentium ſeruamus, orationibus lectioibus & deuotis meditationibus ſtudioſius inſiſtētes. Feria quinta datur primum ſignum pro ſexta & miſſa dicēdis hora nona, que cū Kyrieleiſon & reliquis ſicut in dominicis deuote celebratur. Duo miniſtri in dalmaticis ſeruiunt. & cuncti fratres tā preſbiteri ꝙ ceteri necnō & conuerſi corpus Chriſti de manu prioris ſuſcipiunt. Cum igitur tps cōmunionis aduenerit, ianuis chori apertis duo ceroferarij in ſuperpellicijs mappā pro cōmunicantibus tenent ultimo cōmunicaturi. Qui etiā in fine officij, uſꝗ poſt ueſperas in ſuperpellicijs remanentes, cereos añ corpus dñicum, cum pro die craſtina ſeruādū reponitur, deferunt. Omnibus cōmunicatis & ad ſedes regreſſis cātatur cōmunio. Qua finita, ſtatim incipitur antiphona ad ueſperas in choro hebdomedarij. & concludūtur ueſperæ, cū miſſa ſine pſalmo Miſerere. Circa finem ueſperarū ſacriſta prouidet incenſum, ut repoſito ſacramento in loco ſuo adoleatur. Omnibus termīatis ſacriſta ſumpto adiutorio, cuncta continuo denudat altaria, que deinceps uſꝗ in uigiliā paſce, nuda remanēt. Hac die ſacerdos aliquis ſacriſta prouidente, ſacrum oleū ſuper petrā igne cōſumit, & in aqua calida abluto uaſe, aquā ablutionis

& cineres

iuxta coſuetudiem dom? quartale p? nona.

& cineres, in piſcinā proijcit. Ad refectionem hac die & feria ſexta ſequenti legitur Edent pauperes cum accentibus abſq; gloria & Kyrieleiſon. Deinde dñicam orationem inclinantes dicimus qua lecta dicit ſacerdos Et ne nos Oremus Bñdic dñe. Deinde inclinās lector ſine benedictione ad lectoriū accedit. & non dicitur Tu autem Refectione peracta ad gracias uerſum Memoriam ſine gloria cātamus. ſacerdos Agimus tibi grās dicit. Deinde nudum pſalmū Miſerere canētes. eccleſiā ut moris eſt petimus. Finito pſalmo ſine gloria ſuper formam proſtrati orationem dominicā dicimus & ſic terminatur

## De ablutione altarium.

Refectione pacta deteguntur imagines Sacriſta q̃q; aquam in uaſe aliquo intra eccleſiā pro altaribus abluēdis p̄parat & peluim ſeu aliud uas ad apportandā aquā ſcopas etiam duas de ramis benedictis in die palmarum & ampullam cum uino. Deinde circa horā tertiā primū ſignum cū tabula fiat. quo facto prior cū miniſtris aſſignatis ſacris ſe ueſtibus īduat. Duo etiā ceroferarij in ſuppellicijs parati erūt Prior uero & diaconus qui ei pro ablutione altariū in adiutoriū erit, lintheis ſeu mappis ſup albas añ ſe reuolutas p̄cingatur. Et interī ſigno ſecundo facto frēs oēs ad chorū conueniunt. Quibus cōgregatis procedit. prior cū miniſtris precedētibus ceroferarijs cū luminibus ad ſummū altare ſubdiacono ampullā cū uino & manuale pro collectis dicēdis & diacono ſcopas deferēte. Ad quor; ingreſſum incipiēte cātore cātatur Rñſoriū Circūdederunt cū ceteris rñſorijs uel ātiphonis patronis altarium cōgruentibus. Reſpōſoria uero cātantur cum uerſu & repetitiōe, ſed nō cum glia patri. Inſuper alius a ſacriſta premonitus ſuperpellicio indutus aquā apportat. Interim uero dum reſpōſorium cantatur, ſumens diaconus uas aquæ, apportatum, menſæ altaris quotiēs

iuxta cōſuetud^m. dom§ ad mediū tertie.

opus

opus fuerit ſuperfundit, & deferẽti reddit, & prior iuuãte diacono, ſcopa lauat. Quo abluto, aquã ſcopis abſtergũt. Deinde prior ſumẽs ampullam uini, perfundit cruces, in cornibus & in medio altaris. Finito igitur Reſpõſorio uł antiphona. ceroferarij cantant uerſiculũ abſq; neumate, & prior ante gradũ altaris cũ miniſtris ſtãs ſubiũgit collectam ſub accentu collectarũ ad minores horas cõcludẽs per christũ dñm noſtꝝ. Ad quã ſicut ad reliquas ſequentes cõuentus nõ inclinat. Quod ſi diuerſis unius & eiuſdem altaris patronis unũ reſpõſorium uel antiphona minus cõgruunt cãtandum ẽ de quolibet quod ſibi cõgruum fuerit. Deiñ deſcendẽte priore cũ miniſtris ad inferiorem eccleſiã ſequitur cõuentus proceſſionaliter. & collocat ſe chorus cõtra chorũ in medio eccleſiæ ſtãtibus iunioribus collateraliter ad orientẽ ſenioribus uero ad occidentem.

## De mandato

Mandatũ in domo capittuli fiat uel ĩ refectorio. Cãtoris ẽ miſtros ad euãgeliũ & ad pedũ ablutionẽ deputare Refectorarius aũt uel alius ad hoc deputatus locũ &c̃, q̃ requirũtur ꝑparet. ut ſi ĩ refectorio fieri debeat mẽſas ſup pauimentũ anteq̃ cõuentus illuc ueniat deponat. Aquã etiam calidã ſeorſum in uaſe repoſitã, & duo uel tria uaſa minora ſeu pelues, in quibus aqua lauandis apponatur, necnõ & aliud uas, in quod aqua ablutionis effundatur, tempeſtiue prouideat Lintheũ quoq; ſeu mappã qua prior ad lauandũ ꝑcingatur & aliud lintheũ ad tergendũ ꝓcuret. Lotis itaq; altaribus prior & miniſtri ad ſacrarium redeuntes ſacras ueſtes deponũt cõuentu interĩ in choro tardãte Miniſtris deniq; in chorum regreſſis & priore ſuperpellicio cum cappa ſerica induto cõuentus continuo proceſſionaliter ad locũ mandati procedat ibiq; ſtet chorus cõtra chorũ. Prior uero ad lectoriũ per ſacriſtam ibidẽ aptatum accedens collectam & cetera ſicut in manuali exprimitur.

exprimitur legit. Porro prior flexis genibus lauabit fratribus pedes lotoſq; cum grauitate ſine protractiōe lintheo extergit & deoſculatur Lauatur autē primo chorus ſupprioris in quo collocare ſe debent ceroferarij & ſi neceſſe fuerit ſicuti in minoribus cōgregationibus etiam diaconus & ſubdiaconus ut calciati poſſint pariter exire & ad ſanctum euāgelium ſe tempeſtiue preparare. Deniq; anteq; ad mandatū ueniatur ſacriſta ſacras ueſtes in ſacrario exponat quas miniſtri cū de mādato exierint lotis prius manibus induunt. Singuli uero fratres ordinate & honeſte pedes ad ablutionem nudant omnemq; indecentiā & tumultū cauentes ea que exuūt iuxta ſe ſilenter collocant. Vnuſquiſq; dum lauatur taceat & humilitatē & māſuetudinē pretendens quid ſibi conſiderādum exhibeatur diligenter attendat. Interim ſequens eū ſe preparet a cātu ceſſando quouſq; ablutione cōpleta iter; indutus ſit. Duo quoq; de cōuerſis ſeu alijs ad miniſterium prioris deputandi ſunt Quorum unus circa eū conſiſtens lintheum quo pedes tergēdi ſunt circumfert. Alius aquam apportat & deportat, ita ut dum unus lauatur ſequenti aliud uas apponat, conſiderans ut totiens aquā mutet, quotiens immundā perſpexerit. Omnium tandē pedibus lotis priori reſidenti ſtatim aqua apponitur, cuius pedes ſupprior depoſita cappa in ſubtili cōſiſtens reuerenter lauat. Quibus ab eo deterſis & deoſculatis, unus miniſtrorum manibus utrorumq; aquā ſuperfundit & mappam ad tergendum prebet Quo peracto prior reſumpta cappa duas orōnes ſubiungit. Deinde diaconus benedictione a priore ſuſcepta legit euāgelium ſicut ad miſſam ſubdiacono & ceroferarijs ut moris ē aſtātibus Cōuentu ſicut ad euāgelium miſſæ cōſuetum ē in omnibus ſe gerente & reſpōdente. Euangelio finito oēs reſideant & ſubdiaconus thuri ficare ceſſans trāſit ad lo-

cum

cum ſuum inter reliquos Ceroferarijs uero diacono collateraliter aſſiſtētibus ſermonem dominicum uſq; Surgite eamus hinc proſequitur Quo dicto, cōuentus ad chorum proceſſionaliter ſub ſilentio reuertitur, miniſtris ſequentibus & ſacrarium intrātibus. Deinde fratres orationē ſuper formā facientes, ad ſignum ſupprioris egrediūtur. Poſt mādatum denudetur etiā lectorium uſq; in uigiliā paſcæ. Ad collationem, lector ea quę [de] ſermone domi reſtant legit. nec ſignum illi ad ceſſandum datur, donec totum quod reſiduum fuerit compleatur. Quo completo, prior Adiutorium dicit, & cōuentus ſicut die precedenti ad eccleſiam procedit.

De paraſceue. Cap. XI.

Feria ſexta in paraſceue octaua hora primū ſignum pro ſexta & nona dicēdis datur. Quibus dictis unica lata palla ſuper altare poſita duobus cereis accenſis prior & miniſter preſbiter albis & ſtolis induti procedunt quiſq; modo ſuo. Quibus ad preſbiterium conſidentibus ſtatim lectio. In tribulatōe ab uno iunior; legitur & tractus ſequitur Deiñ prior ad altare cū miniſtro conſiſtens collectā ſine dñs uobiſcū ſubiungit dicēs Oremus Flectamus genua Sequitur lectio ſecunda cui tractus ſimiliter iūgitur. Deinde diaconus paſſionem dñi ſecundum Iohānem nudis pedibus mattula ſuppoſita legit. Finita paſſione ianuæ chori aperiūtur & legūtur orōnes in dextro cornu altaris ſuper pulpitum, ubi & ſacriſta ſcabellum prouideat ſuper q̄d prior genua flectat. In his autē orōnibus quedā orōnis exhortatio premittitur cum dicitur Oremus dilectiſſimi. & interim cōuentus ſtat uerſus altare. Secundū oremus cātatur ſicut conſuetum eſt ad miſſam cui diaconus Flectamus genua ſubiungit, Sequitur oratio ad quā omes cū priore genuflectimus. Cum autē diaconus dicit

iuxta coſuetudine dom quarta le p octaua.

Leuate

Leuate ſurgentes conuertimur ad altare Sicq̧ fit ad omnes orōnes. Ad eam autē orōem que pro iudeis eſt nō dicitur Flectamus genua. nec genu flectimus. Oratiōibus finitis prior & miniſter nudis pedibus ſtola ante pectus cancellata crucem lintheo uelatā accipiunt & ſtantes a latere altaris dextro (prior ſcilicet & miniſter ad ſiniſtrā eius uerſa facie tā crucis uelatæ q̄ ipſorum ad cōuentum) antiphonā Popule meus ſuaui & humili modulatione decātant. Econtra duo de iunioribus in ſuperpellicijs nudis pedibus Agyos otheos humiliter cātaturi. Manuale pro ſacerdotibus tenēt. Interim cōuentus ſtat uerſus ad crucem. Deīde chorus cum trina genuflexione ad crucem cōuerſus eadem uoce. Sāctus decātat. & poſt tertium ſanctus in genibus manet. Antiphonis finitis ſacerdotes crucē diſcooperiētes antiphonāq̧ Ecce lignū crucis tribus uicibus uoce ſimiliter & cruce qualibet uice parumper eleuatis incipiētes, oſtendūt Cōuentu ecōtra genu flectēte. Poſt tertiā uicem cōuentus ſurgēs reliqua ꝓſequitur. Cūq̧ ſacerdotes crucē ad gradum ſanctuarij ſuper tapetē a ſacriſta paratā depoſuerint, prior accedēs, pedes crucifixi flexis genibus oſculatur, poſtea miniſtri.



Deinde ſinguli fratres, a ſenioribus inchoādo cū reuerētia accedentes, pedes crucifixi flexis genibus dicētes ītra ſe. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi quia ꝑ crucem tuam redemiſti mundum. ſumma cū deuotiōe breuiter oſculantur. Interim decātentur ea que in gradali ſequūtur, Hymnus crux fidelis a duobus in loco lectionū matutinalium decātetur. Prior & miniſtri, poſtq̧ adorauerint, in ſacrario ſe calcient, lotiſq̧ manibus ad choꝝ redeāt. Cruce tandē ab omnibus in choro exiſtentibus adorata, conuerſis quoq̧, familiæ, & hoſpitibus extra chorū per miniſtrum ſacerdotem adoranda defertur, quam ſacriſta finitis ueſperis ad locum ubi per annum ſtare conſueuit.

ſueuit reponere debet. Poſt hec cum incipitur antipho-
na O ā mirabile ſacerdos ad ſacrariū cum miniſtris redeat
Sacriſta uero, ignē & incenſum ad thuribulū prouideat.

Finita ātiphona ſacerdos caſula indutus & diaconus
ſine euāgeliario, ac ſacerdote omittēte pſalmū Iudica me
deus cū ceroferarijs ad altare uenietes cū conuentu ſuper
formas proſtrato cōfeſſionem faciāt. Qua facta, prior ora
tionem Aufer a nobis, more ſolito ſubiungit, & oſculato
altari, more ſolito cōcludit. per Chriſtū dn̄m nr̄m. Dein-
de precedētibus ceroferarijs, & diacono, cū thuribulo ad
locū dn̄ici corpis accedit. Facta thurificatōe, corpus dn̄i-
cū reuerēter accipiēs, ad altare cōuentu genu flectēte mi
niſtris ſicut prius precedētibus defert Oratione dn̄ica cā-
tata ceroferarij cereos extinguētes ad chorū cappis indu-
ti reuertuntur Cōuentus uero pro ut infra canonem mo
ris eſt proſtratus manet. Sacerdote cum miniſtro poſt cō
munionem abeunte ianuæ chori claudūtur. Surgenſqꝫ
cōuentus ueſperas ſine cātu ſicut ceteras horas legit nu-
dos uidelicet pſalmos diei Cōfitebor cum ceteris Anti-
phona Chriſtus dn̄s. poſt pſalmos addita. & poſt Magni
ficat antiphona Cum accepiſſet acetū. Deinde orationē
dn̄icam & pſalmū Miſerere cum collecta Reſpice que-
ſumus dn̄e. Sacerdos autē & miniſter ueſpas in ſacrario
pariter legūt & altare poſtmodum detegitur.

## De uigilia paſcæ, Cap. ~~XII.~~

SAbbato in uigilia paſcæ poſt tertiā ſacriſta oīa
altaria ſolēnioribus operimentis & mappis
recentibus adiutorio accepto ueſtiat atqꝫ pro
tanta ſolemnitate cuncta decenter perornet.
Vexilla appēdat, cereos nouos pro ceroferarijs nec nō &
cereū paſcalē in locis ſuis diſponat, ignē quoqꝫ nouū de ſi
lice excuſſum extra fores eccl'iæ ī patella cōponat Cir-
ca octauā horā ſecundū ſignum ꝓ ſexta & nona dicēdis
datur.

iux͂ cōſuetudinē domꝰ quartaſe p 8 octaua. nūc aūt ad mediū octaue

datur Quibus dictis fratres pro ſuperpellicijs induendis exeunt. Prior autē & miniſtri ſacris ſe ueſtibus induunt. rappā quoq; feſtiualem prior ſuper albā induat. Interim ſigno a ſacriſta breuiter facto fratres ad chorum redeunt. Quibus cōgregatis, prior cū miniſtris ad ſedes preſbiterij ꝓcedit, diacono manuale ſecū deferēte, ſubdiacono thuribulum uacuum & incenſum benedicendum. Necnō & quinq; grana maiora cereo paſcali in modū crucis imprimenda. Ceroferarij uero cum cereis nouis, nō accenſis precedentes, ad gradū ſanctuarij ſe collocant, & inter eos uexillifer & aquebaiulus. His ita diſpoſitis & oīnibus eccleſiæ luminaribus extinctis ad nutū prioris exit proceſſio cum ſilentio ad ignem bn̄dicendum primo uidelicet uexillifer & aquæ baiulus, deinde ceroferarij & reliqui fratres de utroq; choro cōuenientes. poſt oēs miniſtri cū priore. Veniētes autē ad locū ignis ita cōtra inuicē ſe ſtatuāt ut iuniores cū redeūdum fuerit in anteriori loco ſint. & uexillifer facie uerſa ad ignem ante eos, reliquis miniſtris & ceroferarijs circa ignem aſtātibus. Igne uero benedicto, benedicitur incēſum tam cereo paſcali q̄; thuribulo imponēdum. Interim acolitus de carbonibus benedictis ſumens thuribulo imponit. Incēſi quoq; bn̄dictione cōpleta ſacerdos ignē benedictum aqua ſctā aſpergit & incēſo in thuribulo poſito ignē thurificat. Quibus peractis ceroferarij cereos accendūt. Deinde duo de iunioribus uerſi ad ignē cantāt hymnum Inuentor rutili. Cuius primo uerſu cantato eo ordine quo uenit proceſſio redit duobus qui hymnum cantāt ceroferarios immediate ſequentibus. Quibus chorū ingredientibus ceroferarij cū cereis ardentibus ad gradum ſanctuarij hinc inde ſe collocant donec bn̄dictio cerei paſcalis cōpleatur. Vexillifer autē & aquebaiulus inclinātes ea que portauerāt reponunt. Hi autē qui hymnum decātant, ad lectoriū ſubſiſtunt.

ſiſtunt, reliqui ad gradum ut moris eſt inclinãtes, ad loca ſua redeũt, priore cum miniſtris ad ſedes preſbiterij tranſeunte. Ianuæ uero chori per totũ officium apte remanẽt

De benedictione cerei paſcalis.

Hymno finito diaconus cereum paſcalem benedicit cum cãtu & prefatione pro ut in manuali cõtinetur, ſubdiacono poſt tergũ eius ſicut infra miſſam, ſtãte & cõuentu ad altare cõuerſo. Cereo aũt paſcali per diaconũ acceſo ceroferarij cõtinuo cereos in altari collocatos accendũt Sacriſta uero cereum unũ a ceroferario ſumens lãpadem prius extinctã necnõ & cetera eccleſiæ luminaria ſi que fuerint reaccendit. Ignem quoq; benedictum ad coquinam deferri faciat. Porro cereus paſcalis, ex tunc uſq; poſt ueſperas ſequentis diei ardebit, & inſuper in duplicibus feſtis & ſupra ad utraſq; ueſperas ad matutinas & ad miſſam, uſq; ad aſcenſionem dñi. Infra uero hebdomadã paſcalem & in cæteris feſtis nouẽ lectionũ, necnõ & in cõmemorationibus miſſarum de beata uirgine & ſctõ ſpiritu ad miſſam tantũ accenditur. Bñdictione cõpleta ceroferarij ſacrarium intrantes, cereos ſuos extinguunt, & ſacerdos in preſbiterio cappã deponit. Statimq; lectio In principio creauit. abſq; titulo legitur Has lectiones quatuor ſeniores in choro exiſtentes legũt, ſacerdote in ſede preſbiterij reſidente. Ad orationes genua nõ flectimus nec inclinamus, ſed ſtantes ad altare cõuertimur. Lectionibus cum tractibus finitis miniſtri ante gradum ſanctuarij breues letanias cõuentu cõtra ſe inuicem ſtãte & reſpõdente cãtant Quibus finitis ſacerdos cum miniſtris ad ſacrarium rediens caſulã induit. Cantor uero in choro prioris Kyrieleiſon paſcale ſolemniter incipit & cãpana uſq; ad ultimum kyrieleiſon cum ſignificatione ad miſſam pulſatur. Interim ſacerdos cum miniſtris ceroferarijs precedentibus modo cõſueto confeſſionẽ facturus ad altare

ad altare feſtiuus procedit. Hoc autem officium ſicut in maioribus duplicibus celebratur. Alleluya nõ a duobus ſed a cõuentu cãtatur. nec poſt uerſum repetitur. ſed Tractus ſubiũgitur. Ad euangelium incenſum adoletur ſed lumen nõ portatur. Finito euãgelio dicitur Dñs uobiſcum Oremus poſtea digiti lauãtur Credo Offertoriũ Agnus dei & Cõmunio nõ dicuntur. ſed nec pax datur.

Signis ad eleuationem prout conſuetum eſt pulſatis, poſt orationẽ dñicam ſemel pro ueſperis pulſatur donec ſecundo per omnia ſecula cãtetur. Poſtq̃ȝ aũt miniſter ſecundo uinũ ad ablutionẽ infuderit ſignũq̃ȝ cum ãpulla fecerit, unus iuniorꝫ antiphonã ad ueſperas que cũ miſſa cõcluduntur incipit. Diaconus aũt Bñdicamus cũ tribus alleluya decantat. Ad refectionẽ hac die uerſus Edẽt paupes. & poſt refectionẽ Memoriã fecit. Ad collationẽ quoq̃ȝ per oĩa ſicut per annũ fieri ſolitum ẽ agitur, legitur, & cantatur. Completorium & cetera patent in libris

## De ſolemnitate paſcali Cap XIII.

FEſtum paſcæ ſolẽne feſtũ, feſtiuitas eſt feſtiuitatũ. & pre ceteris ſolemnitatibus celeberrime colẽda In ſancta huius feſtiuitatis nocte Dñe labia & Deus in adiutoriũ repetimus. Per has octauas, añ laudes & poſt octauas uſq̃ȝ ad aſcenſionem dñi ferialibus diebus, uerſiculis: Surrexit dominus de ſepulchro, ſeruatur Cetera que ad horas pertinent in libris plene continentur.

Poſt collectam que ad primas dicitur domum capittuli intramus & cuncta more ſolito peragimus. Pſalmus autem cum collecta pro defunctis per hos ſeptem dies non legitur. Et ſi anniuerſarium alicuius uel aliquorum infra octauas occurrerit, poſt octauas recitatur & perſoluitur. Ad tertiam ſecundum ſignum quarta le poſt ſeptimam horam datur. Poſt tertiam ad aſperſionem aquæ,

Vidi

Vidi aquam.cum uerſu In die cantatur. & ianuæ chori aperiuntur.

De proceſſione

Deinde antiphona Cum rex gloriæ. impoſita, exit proceſſio. In fine proceſſionis eccleſiam ingreſſi ſtationē facimus choro contra chorum ſtante. Antiphona finita duo de iunioribus a cantore ſignati hymnum Salue feſta dies coram uexillo decantant.conuentu poſt ſingulos uerſus.primum uerſum repetente.Hymno finito, cātor incipit Reſponſorium Sedit angelus.& uexillo precedente proceſſio chorum ingreditur. Vexillifer uero ſuper medium gradus ſanctuarij ſe ſtatuat, & reliqui chorum ingreſſi non ad gradum procedunt,ſed ab inuicem iuxta loca ſua diuertentes, ante formas collateraliter ſe collocant. Sacerdos autem & ſubdiaconus ad dextrum, & diaconus ad ſiniſtrum chorum, poſt alios ſtāt. Cumq; cantatur.Tunc locutus eſt.procedunt duo deputati ante gradum & cantant uerſum Crucifixum. Quo finito reſiduum reſponſorij Nolite metuere uſq; ad alleluya ſubiungitur & dum cantatur. Et uita hominum.duo alij de ſenioribus procedunt pari modo & cantant uerſum Recordamini: Quo cantato, reponitur uexillum, & uterq; chorus Alleluya decantans,& ad gradum inclinās,ad ſedes ſuas reuertuntur. Prior autē cum miniſtris ante gradum ſubſiſtens dicit uerſiculum In reſurrectione tua cū collecta. Deus qui nos Qua dicta ſacrariū intrans induit ſe ad miſſam & ſtatī cātor imponit introitū miſſæ Reſurrexi Infra actionē Cōmunicātes & Hācigitur de feſto, hac die & ceteris ſequentibus uſq; ad ſabbatum incluſiue ad miſſam de feſto tantū dicuntur Hoc idē obſeruandum ē in ceteris feſtis anni quandocūq; Cōmunicātes & Hāc igitur de feſto dicenda ſunt,quia ſolū ad miſſam de feſto pertinet. Ad utramq; refectionem per hos ſeptem

tem dies tā ad benedictionem q̄ꝫ ad gratiarꝫ actionem, dicitur uerſus Hæc dies, ſine alleluya cū gloria patri. Et ꝑ pſalmo Miſerere mei. pronūciatur pſalmus Confitemini Cetera more ſolito peraguntur. Ad ueſperas nō dicitur Deus in adiutorium, ſed premiſſa oratiōe dn̄ica, cātor ad ſignum prioris incipit Kyrieleiſon paſcale ſicut ad miſſam. Vltimo uero Kyrieleiſon finito incipitur ſuper pſalmos antiphona Alleluya. Ad ueſperas huius diei & trium dierum ſequentium, hi Alleluya in medio chori cantant qui ad miſſam cantauerāt ſed poſt uerſum alleluya nō repetitur. Poſt cōpletorium datur benedictio ad quā nō genu flectimus ſed tantū inclinamus In antiphona de beata uirgine dum cantatur Ora pro nobis uſq; ad alleluya inclinamus. hunc ritum uſq; ad octauas pēthecoſtes incluſiue obſeruantes.

Feria Secunda Tertia & Quarta maius duplex. Hac feria ſecunda cunctis ad capitulum uenientibus cartha uiſitatorum in conuentu legitur. Feria quinta ſexta & ſabbato feſtum ſimplex ſicuti domnicis agitur.+ Infra Te deum campana pulſatur. Ad miſſam Sequentia cantatur & duo in dalmaticis miniſtrant. Altare quoq; per totas octauas paratum manet.

*+ et tere) in medio altaris ponitur ./. ad veſpas et matutinas ./.*

De octaua paſcæ. Cap. ~~XIIII.~~

DOminica prima poſt paſca ſiue in octaua paſce feſtū maius duplex celebratur In primis ueſperis Deus in adiutoriū. reſumitur Suffragia de ſancta cruce & om̄ibus ſanctis dicūtur. alias nullius ſancti fit memoria preterq; in ſecūdis ueſpis ſi in feria ſecūda ſequēti alicuius ſancti memoria uel feſtiuitas occurrerit Ad utraſq; ueſperas huius dn̄icæ duo in medio chori uerſum Dicāt nūc in medio ātiphonæ. Chriſtus reſurgēs, decātant. Similiter & in feſto Aſcenſiōis & Penthecoſtes ad utraſq; ueſperas.

peras. Alias uerſus iſte nõ cantatur. Ad completoriũ & ad reliquas horas Capitulum Hymni Verſiculi. Preces & Collecta per ãnum cõſueta repetũtur. Singulis dñicis uſq; ad Aſcenſionẽ dñi que ſub duplici feſto celebrãtur. niſi duplex feſtũ impediat. miſſa de reſurrectiõe dñi cãtatur. Collecta dñicalis cũ collecta de feſto ſi alia nõ occurrat cõcluditur. Primũ Alleluya Paſca noſtrũ frequentatur. Secundũ ſicut in libris plenius exprimitur uariatur. & miſſa dñicalis cũ eiſdẽ Alleluya legitur. In miſſis uero de ſancta Trinitate. De ſancto ſpiritu ac uenerabili ſacramento uſq; ad aſcenſionem dñi. Secundum alleluya erit Surrexit paſtor bonus. Poſt aſcenſionem dñi. De aſcenſione. Et infra octauas penthecoſtes in miſſis de ſancta Trinitate & Sacramento, Secundum alleluya de ſancto ſpiritu ſcilicet Veni ſancte ſpiritus. In miſſa autem de beata uirgine uſq; ad octauas penthecoſtes ſemper ſecundum Alleluya erit Surrexit dominus. In miſſa de ſancta cruce Dicite in gentibus Vbi uero & quando in miſſalibus & gradalibus noſtris paſcali tempore habetur, ſecũdum alleluya de tempore, intelligendum eſt ab octauis paſcæ uſq; ad uigiliã aſcenſionis incluſiue, de illis Alleluya que ſingulis ferijs poſt octauas paſcæ ſunt aſſignata. Quãdo autem inuenitur ſecundum alleluya de aſcenſione dñi, intelligendum eſt generaliter. Si duplex feſtum fuerit, ſecundum Alleluya. Dñs in ſina. Si nouẽ lectionum, Aſcendit deus. Verũtamen quando duo duplicia immediate uel quaſi mediate ſibi ſuccedunt. ut feſtum Philippi & Iacobi, & feſtũ Inuentionis ſanctæ crucis tũc ꝓ ſecũdo Alleluya, primũ alleluya de aſcẽſione in priori feſto, & ſecundum de aſcenſione in ſecundo feſto cantari debet. Similiter fiet in duobus feſtis nouem lectionũ ſibi immediate uel quaſi immediate ſuccedentibus.

Si ſimplex feſtũ nouẽ lectionum etiã celebre alicu-

ius ſancti uel ſanctoꝝ, in aliqua huius temporis dñica occurrerit, non de feſto ſed de dominica cãtatur, feſto ad proximã feriam ſequentem & uacantem tranſlato. Que quidem ſi in ſabbato uel feria ſecunda uenerint pro primis uel ſecundis ueſperis memoriam tantum habent.

Si autem feſtũ duplex in dñica occurrerit de feſto integraliter cum memoria de dñica cãtatur. Et homelia dominicalis in proxima feria ſequente & uacãte legitur.

In feſtis nouem pſalmoꝝ hoc tempore unica ãtiphona ſcilicet Fulgebũt iuſti. ſuper nouẽ pſalmos. & Reſpõſoria de primo nocturno ad matutinas ſeruãtur. Similiter qñ cantatur de ſanctis miſſam habentibus tãtum tria prima Reſpõſoria de primo nocturno ſemper ad matutinas ſeruãda ſunt. Prefatio de reſurrectione uſqꝫ ad aſcẽſionem dñi cotidie dicitur tã de ſanctis ꝙ de tempore. niſi ſpecialem prefationem habuerint. In qua tñ non dicitur, die. niſi in dñicis & infra octauas paſcæ. Reſpõſoria maiora & minora. antiphonæ & uerſiculi tã de tpe ꝙ de ſanctis cum Alleluya cãtantur. Omnes hymni tam in maioribus ꝙ in minoribus horis cantantur ſecundum notam hymni Ad cenã agni. cum finali uerſu Gloria tibi domine. dummodo fuerint eiuſdẽ metri. In dominicis quidem ſiue in feſtis nouem lectionum & ſupra ſub nota feſtiuali. Ferialibus uero diebus ſub nota feriali. Ad minores horas hymni Iam lucis cum ceteris in fine hoꝝ adduntur uerſus Queſumus auctor. & Gloria tibi domine qui ſurrexiſti. In antiphona Filiæ Hieruſalem. que tam de uno martyre ꝙ de pluribus ad Magnificat cantatur ſemper dicitur Martyrem. quia ad Chriſtum qui eſt caput martyrum refertur. Qua ſemel cãtata ſi in eadem hora unius martyris memoria fuerit dicetur antiphona. Qui manet in me. Si plurimorum martyrum antiphona Fulgebunt iuſti. Quando uero de uno cõfeſſore ſer-

uata

uata eſt ãtiphona Iſte cognouit. ſi poſtea alterius cõfeſſo‑
ris faciẽda eſt memoria dicetur ãtiphona. Qui manet in
me. non tñ ad matutinas ſi ibidem ſemel cantata fuerit.
ſed accipiatur ex alio cõmuni ſanctoꝝ cũ additione alle‑
luya in fine. Quod etiam faciendum eſt de ceteris ſanctis
hoc tempore occurrentibus. Cetera patent in libris.

De ferialibus diebus poſt octauas paſcæ Cap. XV.

POſt octauas paſcæ ferialibus diebus uſqꝫ ad aſcenſionem dñi, niſi feſtum officium miſſæ habẽs occurrat, de tempore ſemper cãtatur. Te deum non dicitur neqꝫ Gloria in excelſis. Ad benedictus dicuntur antiphonæ de euãgeliis hebdomadæ paſcalis ſecundũ ferias ſuas. Ad magnificat uero antiphonæ de euãgelio dñicali cuiuſlibet hebdomadæ. Preces ad primã & cõpletorium cotidianas dicimus. Curſus beatæ Mariæ uirginis in choro frequentatur. In prima hebdomada, lectiones ex actibus apoſtoloꝝ legũtur. Reſponſoria uero de hebdomada paſcali repetuntur. In ſecunda & tertia hebdomada, lectiones ex apocalipſi btĩ Iodãnis Rñſoria de hyſtoria Dignus es. In quarta hebdomada & quinta, lectiones ex epiſtolis canonicis legũtur Reſpõſoria de hyſtoria Si oblitus. Quando de ſanctis cãtatur, memoriam de feria nõ facimus, preterqꝫ in ſecundis ueſperis quãdo ſequenti die de feria ſeruabitur

De miſſa propter capittulum cantanda

Feria ſecunda poſt dominicã tertiam, ubicqꝫ in domibus noſtris propter capittulũ de ſancto ſpiritu in conuentu cantatur miſſa, niſi feſtum nouẽ lectionum uel ſupra ibidem uenerit. In cuius miſſa, collecta de ſancto ſpiritu ſecundo loco ſeruatur. Et nihilominus miſſa de ſancto ſpiritu in priuato legitur. Sed tunc feria tertia miſſa de ſancto ſpiritu cantatur. Qꝫ ſi ibidẽ tertia feria ſimile feſtũ

occurrerit

occurrerit, feria ſecunda duæ miſſæ cantentur. Prima de ſancto ſpiritu, ſecunda de ſanctis. In domo tamen ſuperiori, aut ubi capitulũ ſeruatur ſi talia feſta feria ſecunda occurrerint. miſſa de ſancto (etiã ſi celebre fuerit) in priuato legitur & miſſa de ſancto ſpiritu in cõuentu cantatur Collecta quoq; Deus qui charitatis hac die & duobus ſequentibus ad miſſam conuentualem dicitur. Hec miſſa de ſancto ſpiritu ſicut in ſimplici cõmemoratione celebratur prout in gradalibus ſignatũ inuenitur. In domo tamen ſuperiori ſub officio maiori duplici celebratur. Kyrieleiſon paſcale cantatur. ſecunda collecta illius erit de quo ſeruantur horæ. tertia deus qui caritatis. niſi alia ſpecialis occurrerit Primum Alleluya Veni ſancte ſpiritus. Secundum Surrexit paſtor. Sequẽtia Veni ſancte ſpiritus

## De Rogationibus Cap. XVI.

Feria ſecũda tertia & quarta poſt dominicam quintã ſcilicet ante aſcenſionem dñi. dies rogationum obſeruantur. In feria ſecũda niſi feſtum prepediat, ad matutinas Euangelium & ſuffragium de rogationibus. Secunda collecta in miſſa de dñica. Duo alleluya cãtantur. ſed gloria in excelſis, nõ dicitur. Si autem feria ſecũda feſtum duplex ſiue nouem lectionum fuerit. idem feſtum plenũ obtinet officium. & feria tertia ad matutinas Euangelium & miſſa de ieiunio cantatur. Q; ſi feria tertia ſimile feſtum fuerit. tunc feria ſecunda homelia de rogationibus pro nona lectione & prima miſſa de Rogationibus cantatur. Non tamen fiet in miſſa de ſancto. memoria de letania. Feſta trium lectionum que hac feria ſecunda uenerint memoriã tantũ recipiũt. Feria tertia officium dominicale cãtatur cũ memoria de rogationibus, niſi feſtum proprij officij fuerit & miſſa de rogationibus

nibus

nibus ſit dicta. In hoc triduo memoria de ieiunio ad matutinas & ad miſſam pro nullo feſto omittetur, que etiā memorijs trium lectionum preponitur. His tribus diebus nona finita cātor antiphonā Exurge dn̄e quā nudo capite cātamus imponit, & pulſatur campana uſq; dum Exurge poſt pſalmū repetitur, & om̄es abſentes ad chorum expedite properent. Sacerdos autē qui miſſam cantauit ſumpta ſtola aſpergit aquam ſicut in dn̄icis conſuetum eſt & ſubiungit uerſiculum. Oſtende nobis dn̄e miſericordiā tuā. cum collecta Parce dn̄e. Poſtea duo a cātore deputati, letaniā cātent pro ut in pſalterio continetur, uſq; ad propicius eſto, cōuentu cōtra ſe inuicem ſtante et reſpōdente. & circa finē letaniaꝝ uexillifer allato uexillo ſtat ſuper gradus & ſacriſta ianuas chori aperit. Finitis letanijs incipit cātor antiphonā. Surgite ſancti dei, & ꝓcedit uexillifer & reliqui fratres more ſolito, cantantes Antiphonā Surgite. Antiphonā Saluator mūdi. Antiphonā Regina celi. Fit autē proceſſio per ambitū monaſterij & finitur antiphona que cātatur ante introitum chori. Ad introitum autem chori cātatur antiphona Lux perpetua. & non pulſatur cāpana. Poſt antiphonā ſacerdos ſubiungit uerſiculum Gaudete iuſti. cū collecta Letetur eccleſia tua. His diebus ſicut ī regulari ieiunio ſemel reficimur, et feria ſecunda & tertia lacticinijs & ouis uescimur.

## De uigilia Aſcenſionis.

In uigilia aſcenſionis dn̄i, homelia & collecta de uigilia ad matutinas, & miſſa de uigilia ſine collecta dominicali cantatur. Si hic fuerit feſtum duplex uel nouē lectionum. Homelia de uigilia pro nona lectiōe & memoria ad matutinas ſeruatur. Prima miſſa de uigilia cātatur. In miſſa tn̄ de ſanctis nō fit memoria de uigilia nec de letania. Si uero nouem pſalmorum aut triū lectionum, de feſto.

feſto cātantur horæ, ſed homelia de uigilia pro lectioni-
bus & memoria ad matutinas. Et lecta miſſa de ſanctis,
ſola miſſa de uigilia, cantatur, cū memoria de ſancto uel
de ſanctis.

## De aſcenſione domini Cap. XVII.

Aſcenſio dñi feſtum ſolemne. In hac ſolē-
nitate nullius ſancti fit memoria, ſed fe-
ſta duplicia & nouem lectionum ad ſe-
quentē feriā transferūtur. Que tñ ſi uene
rint in uigilia aſcenſionis in ueſperis me-
moria de ipſis nō eſt omittēda. In hac etiā ſolemnitate fit
aſpſio et pceſſio cum cātu per omnia ſicut in die paſce cū
uerſiculo in fine Aſcendēs chriſtus in altum. & collecta
Deus qui nos reſurrectionis dñicæ. Qua dicta ſequitur
ad miſſam Introitus Viri galilei. Poſt miſſam uero huius
diei ſextis finitis, cereus paſcalis aufertur. In ſecūdis ueſ-
peris uero, agitur memoria ſanctorū de quibus ſequenti
die cantādum eſt. Oēs hymni uſq; ad feſtū penthecoſtes
de tempore & de ſanctis cantantur ad notam hymni Ieſu
noſtra redemptio dummō fuerint eiuſdē metri, cū finali
uerſu Glria tibi dñe qui ſcandis. Ab hinc uſq; ad octa-
uas ſacramenti, quia octauæ ſolēnes ſunt, de ipiſ octauis
ſeruatur, niſi feſtū nouem pſalmorum & ſupra occurrat.

Feſta nouē lectionū & duplicia que interim ī dñicis
uel in octaua aliqua uenerint ad proximā feriā ſequentē
trāſferuntur. Feſta tamē duplicia in ſabbato uel feria ſe-
cunda uenientia, primas & ſecundas ueſperas retinent,
& tunc pro memoria dñicæ ad utraſq; ueſperas dicitur
duplex collecta ſcilicet de dñica & de aſcēſione ſub uno
per dñm. Feſta autē nouem pſalmorū eiſdem diebus
ul' infra octauas penthecoſtes occurrētia, minora quoq;
feſta quecunq; die interim uenīētia: memoriam recipi-
unt ad ueſperas matutinas & miſſam, non tamen in fe-

ſtis ſe

ſtis ſolemnibus. Quę autē in craſtino feſti ſolemnis ue-
nerint ibidem ad matutinas tãtum &ad miſſam memo-
riam habent. Si feria ſexta & ſabbato poſt aſcenſionē dñi
fuerit feſtũ, euãgelium Ecce ego mitto legitur feria ſexta
in miſſa priuata de aſcenſione domini

Octaua Aſcenſionis duplex feſtũ. Feria ſexta & ſab-
bato ſequenti ſicut infra octauas aſcenſionis. Te deum.
Gloria in excelſis dicuntur & curſus beatæ Mariæ in cõ-
uentu non legitur. In hac feria ſexta etiam agitur de feſtis
nouem lectionum, infra octauas penthecoſtes, uſq; ad
feriam quartã incluſiue occurrentibus. Sed ſi hac die fu-
erit aliud feſtum de quo ſeruandum eſt tunc ad uigiliam
penthecoſtes trãſponuntur. Quæ uero feria quinta ſexta
& ſabbato infra octauas pẽthecoſtes uenerint, poſt octa-
uam eandem tranſferuntur.

De uigilia penthecoſtes.

Sabbato in vigilia pẽthecoſtes homelia de uigilia ſer-
uatur etiã ſi feſtũ nouē pſalmoꝝ ibidē occurrat Q; ſi ibi-
dem feſtum nouē lectionũ celebre aut duplex etiã trãſla-
tum ſeruandum occurrerit. homelia de uigilia pro nona
lectione & prima miſſa de huiuſmodi feſtis ſeruatur de
quibus tñ in miſſa de uigilia nulla memoria agitur. De
feſtis autem nouem pſalmorum aut nouem lectionum
non celebribus aut celebribus tranſlatis ibidē occurren-
tibus horæ cãtantur & miſſa de eis ĩ priuato legitur, quo-
rum tñ memoria in miſſa de uigilia nõ eſt omittēda. Si-
militer de feſtis triũ lectionũ & feſtis memoriã hñtibus.
In ueſperis penthecoſtes nõ fit alicuius ſancti memoria.

Octaua hora ſecundũ ſignũ ad ſextã pulſatur. Poſt le-
tanias ad miſſam pulſatur & nõ in fine ſextæ, Qua fini-
ta & ianuis chori apertis ac cereis in altari accenſis pro-
cedit ſacerdos abſq; caſula cũ miniſtris ſolemniter ueſti-
tis ad ſedes preſbiterij ſtatimq; legitur lectio. Tempta-

ex cõſuetudine
quãtale p̄ oct.

uit deus. abſq; titulo Hanc lectionē et tres ſequētes quatuor ſeniores ſicut in uigilia paſcæ legunt. Ad orationes etiam que interim legūtur uertimur ad altare. Lectionibus cū tractibus finitis miniſtri cātant letanias Rex ſctōrum ante gradū ſanctuarij ſacerdote ad preſbiteriū cōſiſtente & conuentu contra ſe inuicem ſtante, atq; primum uerſum poſt quēlibet uerſum repetente. Dum autem chorus eundē primum repetit uerſum ſacerdos miniſtris precedentibus ad ſacrarium redit. Finito uerſu cātor in choro hebdomedarij incipit ad miſſam Kyrieleiſon paſcale, et ſacerdos cum miniſtris ceroferarijs precedentibus confeſſionem more ſolito facturus procedit, totumq; officiū ſicut in maioribus duplicibus agitur. Alleluya a cōuentu cum neumate ante uerſum cantatur. nec alleluya poſt uerſum repetitur, ſed Tractus ſubiungitur. Ad euangelium incenſum adoletur & lumen portatur. Agnus dei cātatur & pax datur Hac die priuatæ miſſæ celebrari poſſunt, ſed nō de uigilia, nec ad illas dicitur prefatio de feſto penthecoſtes, neq; cōmunicantes.

¶ De ſolemnitate Penthecoſtes Cap. ~~XVIII.~~

Feſtum Pēthecoſtes feſtum ſolemne unū de quatuor principalioribus. In hac ſolēnitate nullius ſancti fit memoria. Per octauas huius feſti que ſicut octauæ paſcæ pre ceteris ſolemnius obſeruantur, de nullo ſancto horæ uel miſſa (nec etiā pro defunctis niſi pro preſenti funere in cōuētu cātatur) ſed memoria de feſtis memoriæ trium lectionum ac nouem pſalmorum ſeruatur Que quidem ſi feria ſecunda uenerint ibidem tātum ad matutinas & ad miſſam memoriā habent Feſta autē nouem lectionum preueniuntur uel differuntur ut ſupra dicitur, Ad antiphonā Veni ſancte ſpiritus quandocūq; cātatur nudatis capitibus, uſq; qui per diuerſitatem,

genu

genu flectimus. Itē ad primū uerſum Veni creator ſpūs. Itēq; genu flectimus qn̄ uerſus Veni ſctē ſpūs ſuper Alleluya ad miſſam cātatur, uſq; ad tui amoris. tūcq; ſurgētes reſiduū ſine īclinatione ſtando decantamus. Interim quoq; ſacerdos qui miſſam cātat ad mediū altaris ſimiliter ſe gerit. In die ſctō finitis tertijs cātatur Vidi aquā cū uerſu et interim aſpgitur aqua bn̄dicta. Deinde fit pceſſio cū cantu per oīa ſicut in die paſcæ Poſt regreſſum ad chorum uerſiculus Emitte ſpm̄ tuum. Collecta Deus qui hodierna. Sequitur ad miſſam introitus Spūs domini. Per octauas añ laudes matutinales, uerſiculus Spiritus paraclitus dicitur Cetera patent in libris.

Feria Secunda et Tertia maius duplex feſtum. Feria quarta duplex In hac feria quarta & feria ſexta & ſabbato ſequenti ſeruātur quatuor tpa cum ieiunio quadrageſimali ſine proſtrationibus. Feria quarta & ſabbato lectiones ad miſſam iuniores legūt. Feria quinta ſexta & ſabbato feſtū ſimplex ſicut in dn̄icis ſeruatur Infra Te deum cāpana pulſatur, duo ad miſſam in dalmaticis miniſtrant & ſequentia cātatur Sabbato poſt lectionem Danielis duo cātant Alleluya cum uerſu Bn̄dictus es ante gradus, ſtāte cōuentu, & ſacerdote in altari añ librum, & nō repetitur poſt uerſum. ſed añ uerſum ſolū neuma cōuentus proſequitur. & ad om̄es collectas inclinamus

+ et tere ꝯm medio altaris post. ad ves pas et matutinas ./.

Octaua pēthecoſtes maius duplex In hac dn̄ica feſtum ſctē Trinitatis ē ſed de trinitate tātum fit memoria. & om̄ia de feſto ſeruātur. Ad matutinas Euāgelium Erat homo ex phariſeis, Ad miſſam Epl'a Vidi oſtiū. Sequentia Sancti ſpūs. Et in hac dn̄ica tēpus paſcale terminatur.

De hebdomada ſanctæ Trinitatis.

Feria ſecunda tertia et quarta poſt octauas penthecoſtes de ſancta Trinitate cantatur, niſi fuerit feſtū nouē pſalmoꝶ ul' ſupra Ad matutinas nouem pſalmi cū totidem

dem antiphonis ſeruātur & uerſus antiphonarū de laudibus non dicuntur & curſus beatæ uirginis in cōuentu non legitur Neq; ſuffragia cōmunia dicuntur ſed oīa ſicut infra reliquas octauas ſolemnes agūtur

De officijs dn̄icalibus poſt octauas pēthecoſtes Cap. xix.

Hic notandum eſt ꝙ uiginti tria ſunt officia dn̄icalia poſt octauas penthecoſtes ſeruāda. Et ſi intra octauā pēthecoſtes & aduētum dn̄i fuerint plures dies dn̄icales tunc tot dn̄icis uacabitur ita ꝙ nihil i eis & per hebdomadas ſuas de tēpore dicetur. Pro quo ſciendum ꝙ ubicūq; diebus infra ſcriptis fuerit octaua trinitatis quot & quales ibi dn̄icæ ſignatæ ſunt in tot & in talibus illo anno uacabitur. Et ſi octaua trinitatis fuerit ultra hos dies tunc nulla fit uacatio. Si uero octaua penthecoſtes fuerit in die Geruaſij & Prothaſij uel in craſtino, tunc feria tertia poſt octauas penthecoſtes. ſcilicet infra hebdomadā trinitatis Euangeliū & memoria de prima dn̄ica dicitur ad matutinas. & miſſa de dn̄ica cantatur. & tunc in octaua trinitatis euangelium & memoria de dn̄ica ſecunda dicitur ad matutinas. miſſa tn̄ de trinitate. Quādo in octaua trinitatis non uacatur, homelia et memoria dn̄icæ ibidem ſeruatur. & feria ſexta poſt octauā ſacramenti de feria cātatur & miſſa de dn̄ica. Et ſi in illa feria ſexta fuerit feſtum proprij officij. tunc ſabbato de feria cātatur. Et ſi ibidem etiam fuerit feſtum ſimile tunc fiat ſecundum quod in kalendario habetur.

Deinde eſt ſciendum ꝙ poteſt hæc tabula ſequēs omnibus domibus conuenire attentis his que ſequuntur.

Primo quando in die Vrbani uenit octaua trinitatis tūc quatuor occurrunt uacātiæ quarum duæ cōtinuabūtur per duas hebdomadas ſine media propter octauam ſancti Martini que omnibus nō eſt ſolemnis & ideo ibi

uacari non poteſt. Et tunc in hebdomada tertiæ uacantie occurrit ſexta feria. Tranſlatio ſancti Benedicti. de quo ſancto tunc ſeruabuntur horæ propter uacationem. ſicut fit Petronillæ uirginis qñ uenit ſexta feria uacãtis hebdomadæ poſt octauas ſacramẽti. Secũdo notãdũ qñ octaua trinitatis uenit in feſto Nicomedis martyris. tunc feſtum Bonifacij ueniẽs in octaua ſacramẽti tranſfertur ad ſequentem feriam ſextã etiam ab his quibus eſt tantum trium lectionum & inde ſeruabitur propter uacationem. ſicut fit quãdo feſtũ Vrbani uenit in octaua trinitatis uel ſecunda feria ſequẽti. Tertio notãdum quãdo uacantia aliqua occurrit ipſo die Bartholomei tunc ſecunda feria ſequenti ſeruabitur ab oĩbus de ſancto Gregorio epõ Traiectenſi ꝓpter uacationẽ. ſicut facit domus ſuperior. & ceteræ domus traiectenſis dioceſis niſi aliqua domus feſtum locale ibidem habuerit de quo potius ſit ſeruandum. Sic qñ in die Hyppoliti uacatur, tunc die ſequenti id eſt in uigilia aſſumptionis btẽ mariæ horæ ſeruabũtur de ſctõ VVerenfrido cõfeſſore. uel de ſctõ Euſebio preſbitero propter uacationem. Homelia & miſſa de uigilia. Similiter fiat in uigilia apoſtolorum Petri & Pauli quando in feſto Remigij uacatur. Horæ de ipſo uel de ſctõ Leone ſeruabuntur. homelia & miſſa de uigilia. Quarto notãdum quando uacatur in feſtis ſctõrum Rufi Felicis Hyppoliti Benigni Panthaleonis Tunc huiuſmodi feſta in dominicis uenientia fiunt nouem lectionũ. Lectiones ex cõmuni ſumantur ſi non habuerint proprias. Homelia in feſto Hyppoliti & ſociorꝝ eius Nihil opertũ. ſicut in feſto Lãberti martyris. In feſto uero Felicis & aliorum martyrum homelia ſicut in die Mauricij. Cũ audieritis prelia. In feſto Pãthaleonis & Rufi homelia Si quis uult uenire poſt me

" Benigni

De inuentione uacãtiæ dictorꝝ dierꝝ dñicalium.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | Si octaua trinitatis | Prima uacantia hic |
| xvi | | fuerit | erit ſcilicet |
| v | d | ix kalen. Iunij. | In octaua trinitatis. |
| | e | Vrbani papæ | In octaua trinitatis. |
| xiij | f | vij kalendas Iunij. | In octaua trinitatis. |
| ij | g | vi kalen. iunij | In octaua trinitatis. |
| | A | v kalendas iunij | In octaua trinitatis. |
| x | b | iiij kalen. iunij, | In octaua trinitatis. |
| | c | iij kalen. iunij | In trãſlatione Martĩ |
| xviij | d | Petronille uirginis. | In octaua trinitatis. |
| vij | e | Nicomedis marty. | In octaua trinitatis. |
| | f | Marcellini & pe. | In cõmemora. Pauli |
| xv | g. | iiij nonas iunij. | In octaua iohãnis. |
| iiij | A | ij. nonas iunij | In octaua trinitatis. |
| | b | Bonifacij & ſo. eius | In tranſlatõe thome |
| xij | c | viij. idus iunij | In octaua trinitatis. |
| i | d | vij. idus iunij | In octaua trinitatis. |
| | e | vi. idus iunij. | Petri & Pauli |
| ix | f | Primi & feliciani | In cõmemora. Pauli |
| | g | iiij. idus iunij | In octaua iohãnis. |
| xvij | A | Barnabæ apľi | In uiſitatione mariæ |
| vi | b | Odulphi cõfeſſoris. | In feſto Auguſtini. |
| | c | Idus iunij. | In aſſump. Mariæ |
| xiiij | d | xviij. kalendas iunij | In craſtino aſſumpt. |
| iij | e | Viti & Modeſti. | Petri & Pauli |
| | f | xvi. kalendas iulij | In natiuitate mariæ |
| xi | g | xv. kalendas iulij | Gorgonij martyris. |
| | A | Marci & marcel. | In uiſitatione mariæ |
| xix | b | | |
| viij | c | | |

Dominica ſequens hunc aureum numerum, ſemper eſt octaua trinitatis.

| | | |
|---|---|---|
| Secunda | Tertia | Quarta |
| Remigij epiſcopi. | In craſtino aſſumpt. | Dñica ĩfra octa. aug |
| Petri & Pauli | In octaua apl̃orum. | Bartholomei apl̃i |
| In cõmemorat pau. | Panthaleonis. | In natiuitate mariæ |
| In octaua iohãnis | Felicis papæ | Gorgonij martyris. |
| In uiſitatione marie | Hyppoliti martyris. | Rufi martyris |
| In tranſlatõe thome | Auguſtini pr̃is nr̃i | |
| In aſſumpt, Mariæ | Decollationis iohã. | |
| In craſtino aſſumpt. | Dñica ĩfra octa. aug | |
| Petri & Pauli | Bartholomei apl̃i | |
| Panthaleonis. | In natiuitate mariæ | |
| Felicis papæ | Gorgonij martyris. | |
| In uiſitatione mariæ | Hyppoliti martyris. | |
| In feſto Auguſtini. | | |
| In aſſumptione ma. | | |
| In craſtino aſſumpt. | | |
| Bartholomei apl̃i. | | |
| In natiuitate mariæ | | |
| Gorgonij martyris. | | |
| Hippoliti martyris. | | |

## De feſto Sacramenti Cap. XX.

Feſtum ſacramenti ſiue corporis Chriſti feſtum ſolemne habẽs ieiunium propter indulgentias cõſequendas. feria quinta poſt octauas penthecoſtes celeberrime colitur. & habet octauas ſolẽnes. Ante feſti huius ueſperas utraſqꝫ dimiſſo pulſu prior ſumpta ſtola duobus ceroferarijs precedentibus Ciboriam cum corpore dominico afferens ad altare defert conuentu econtra genu flectente & cãtante uerſum hymni Tãtum ergo ſacramentum. quam finitis ueſperis poſt collectam conuentu cãtante uerſum hymni Genitori Et in fine uerſuũ datur benedictio qua data in locum ſuum reponit. niſi forte in altaris tabula ciboria ſeruata manifeſte pateret. In hac ſolemnitate, nec de trinitate, nec de aliquo ſancto fit memoria. Veruntamẽ in primis ueſperis memoria de feſtis nouem lectionum & ſupra ibidẽ occurrentibus non eſt omittenda. In ſecundis ueſperis uero: ſi in craſtino fuerit feſtum de quo ſeruãdum eſt de eodem fit memoria. de minoribus feſtis ſequenti die occurrentibus ibidẽ tantũ memoria agitur. In die ſancto finita hora que miſſam precedit ad aſperſionem aquæ benedictæ cantatur Aſperges cũ uerſiculo & collecta cõſuetis & ianuæ chori aperiuntur Quo facto prior indutus cappa ſerica in eodẽ loco ceroferarijs precedẽtibus dñicum corpus affert & eo ſtante uel procedente ad medium altaris conuentus genua flectit. Deinde cantor incipit Reſpõſorium Homo quidam & procedit uexillifer ſequẽte conuentu proceſſionaliter more ſolito et poſt cõuentum ceroferarij cũ cereis ardentibus deinde miniſtri cum cymbalis poſt quos ſacerdos cum ſacramẽto. In hac proceſſione nõ faciamus ſtationẽ niſi añ introitũ chori donec finiatur quod in proceſſione cãtatur. Ad introitum chori cantatur antiphona

# iuxta conſuetudinẽ noſtrã Pange lingua .5. et ultimũ Genitori.

⊕ Tantũ ergo et Genitori.

Ordinatũ in Capitulo generali ano 1600 Vt in ꝑfesto Venerabilis Sacri et per totã octauã post Completo. post ſuffragium de B. Virg. Venerabile Sacrum exhibeatur adorandum cum decantatiõe versus Tantum ergo. Responsoriũ finito Vers. et Coll. de eodem et postea vers. Genitori cum benedictionibus sub Vtriſqꝫ vers. hymni Et ad miſſam Conuentualem quotidie ad altare deferatur cum decantatione versuũ Tantũ ergo et Genitori. Post eandem miſſam reponatur cum decantatiõe versuum O salutaris hostia et uni trinoqꝫ adiunctis benedictionibus. Item exhibetur adorandum Venerabile Sacrum sub versu sequentiæ Ecce panis angel. ipso die Dñica infra oct. et in octaua.

phona O ſacrū cōuiuium Intrātes autē chorū añ formas ſicut in proceſſiōe paſcali ſubſiſtimus, ſinguli genua fle- ctētes ad ingreſſum ſacerdotis cū ſacramēto, quouſqꝫ re- poſuerit illud in altari. Deinde ſurgētes, & ad gradū incli nātes, ad ſedes nrās reuertimur. Sacerdos uero poſito cor- pore dñico in altari, añ gradum altaris cōſiſtens ſubiūgit uerſiculum Panem celi dedit eis cum collecta Deus qui nobis ſub ſacramento Deinde precedentibus cerofera- rijs & miniſtris ad ſacrarium reuertitur, incipiente cāto re introitum ad miſſam Cibauit eos

## De Octaua trinitatis

sub festo duplici

Dñica infra octauas ſacramēti, ~~octaua trinitatis~~ cele- bratur ~~cū memoria~~ de ſacramēto Agitur etiā memoria de trinitate et de dñica ~~poſt memoriā de ſacramēto~~ uidelicet ī primis ueſ- peris ātiphona Loqre dñe de libro regū Verſiculus Veſ- ptina orō collecta de dñica Ad matutinas Euāgeliū dñi- cale dicitur, & ~~poſt mēoriā de ſacramēto~~ ad matutīas & in ſecūdis ueſpis ātiphona de euāgelio dñicali cū uerſiculo & collecta de dñica dicitur. Si aūt in hac dñica uacādum fuerit nihil de dñica dicitur necꝫ per totā hebdomadā de tempore cātatur. Et ſimiliter ubicūcꝫ uacādum fuerit.

Dñica infra octās Sacmenti ipsū Sacmētū adoran- dū exhibet̄ nō in pri- mis vs. s; in aie tm ad missā et ad vs. In octaua aute ad utrasqꝫ vs et missā. In exhibitione ad vs cantāt̄ ipsis vīs nōtū. Ad missā vo Tantū go et Genitori ī pncipio. In fine aute O salutaris hostia Vni trinoqꝫ.

## De Octaua ſacramēti & ſuffragijs per eſtatē ſeruādis

Octaua ſacmēti duplex feſtū, poſt hāc octauā uſqꝫ ad ad- uētū dñi exceptis feſtis duplicibus & ſup & īfra octauas ſo lēnes cotidie ad matutīas & ueſpas dnr ſuffragia, de ſctā Cruce, de btā uirgine, de ſctō Auguſtīo & de Oībus ſctis.

## De hiſtorijs per Eſtatem cātandis. Cap. XXI.

Poſt has octauas qñ de tpe ſeruatur. Hiſtoria Deus oīm cātatur, et legūtur libri Regū & Pa ralippomenō Eſdras, & Neemias uſqꝫ ad dñi cā circa kalendas auguſti, tūc īcipitur hiſtoria Sapiæ Vbi aūt et qñ p eſtatē hiſtorie ſunt īponēde patet ī kalēdario

## De uigilijs cātandis poſt octauas ſacmenti

Prima dominica poſt octauas ſacramenti uel alio die congruenti Vbi ſequenti die miſſa defunctorum cantari poterit ſolemnis memoria defunctorũ facienda eſt eodem modo, ritu ac orationibus, prout ſupra poſt octauas epiphaniæ ſignatum eſt. Sciendum quoq; eſt ꝙ omnibus dñicis qñ hiſtoria regũ cãtatur. ad matutinas in tertio nocturno cãtatur ſucceſſiue Rñſoria de hiſtoria ſanctæ trinitatis. Primo uidelicet Reſponſoria de primo nocturno. Secundo, de ſecundo nocturno. Tertio, de tertio nocturno. Et iterum a capite hiſtoriæ reſumuntur. Ad miſſam quoq; collecta & prefatio de ſancta trinitate, & in utriſq; ueſpis hymnus. O lux btã trinitas decãtatur

## De feſtis celebriter ſeruandis Cap. XXII.

Omnia feſta totius kalendarij que cum rubrica ſcripta ſunt, celebria feſta ſunt in dyoceſi Traiectenſi & in domibus noſtris eiuſdem epiſcopatus celebriter peragenda Feſtũ autẽ natalis ſancti Auguſtini prĩs noſtri ſolemniter celebratur tã a fratribus ꝙ̃ a cõuerſis & familiaribus in omnibus domibus noſtris. Maior etiã feſtiuitas patroni cuiuſlibet monaſterij ſeu eccleſiæ, ĩ ſua domo pari celebritate ſolemniçatur. Et ſicut feſta localia & celebria huius dioceſis alibi non celebrãtur, ſicut feſtum Põtiani, Pancracij, Odulfi, Lebuini. aut aliorũ ſimilium, ſic nec ſcribãtur cũ rubrica. nec nouem lectiones habebunt, ſed tantummodo tres, niſi & apud alios ix. lectiones habuerint. Que uero alibi celebria ſunt econtra ibidẽ cum ix. lectionibus & cãtu de cõmuni tã in horis ꝙ̃ in miſſa celebrãtur ſi tñ de illis in illa prouincia horæ ſeruantur niſi aliqua propria in libris noſtris habuerint. Et ſi tali celebri feſto alterius dyoceſis, fuerit aliud feſtum all cuius annexũ ſecundum kalendarium noſtrum ſiue celebre ſiue nõ, tunc de feſto huius kalendarij noſtræ dyoceſis

ceſis tãtum memoria fiat. Et conforment ſe etiam domus noſtri capittuli matrici eccleſiæ ſuæ in celebrãdo feſta eius celebria ꝓpter ſcandalum populi uitandum.

## De dedicatione eccleſiæ Cap. XXII.

DEdicatio eccleſiæ feſtũ ſolemne. Hec feſtiuitas quocũqꝫ die uenerit ab omnibus loci habitatoribus celeberrime colitur.

In cuius celebritatis euidentiã. uexillũ de turri per octauas protẽditur, & preterea que in ceteris ſolemnitatibus fiunt. duodecim cerei in parietibus eccleſiæ ante conſecrationis cruces. ad utraſqꝫ ueſperas. Matutinas & miſſam maiorem accenduntur.

Que quidẽ ſolemnitas ſi in die dñico poſt octauas epiphaniæ uſqꝫ ad Septuageſimã. Vł poſt octauas ſacramenti uſqꝫ ad aduẽtum dñi. Vel in aliquo feſto nouem lectionũ aut ſupra uenerit. nihil in ipſa ſolemnitate de tẽpore uel de ſanctis agitur, niſi in primis ueſperis dedicationis occurrerit dies dominicalis uel feſtum ix. lectionũ & ſupra. Similiter in ſecundis ueſperis cum die ſequenti uenerit dies dominicalis aut feſtum nouẽ pſalmorum & ſupra. de quibus ibidem memoria omnimodis agẽda eſt. Trãſferuntur autẽ huiuſmodi feſta ſiue officia dñicalia ꝑ cãtoris prouidentiã ad primum diem conuenientẽ & uacãtem. De minoribus autẽ feſtis in eadẽ ſolemnitate uel etiam in craſtino occurrentibus nihil in ipſo de ſancto agitur. Ante miſſam maiorem cãtatur Antiphona Aſperges me dñe & aſperſiõe ſolito more peracta ac ianuis chori apertis, ſolẽnis fit proceſſio cum deportatione uenerabilis ſacramẽti ritu & modo quemadmodum in feſto ſacramenti eiuſdem agitur. & cãtatur omni tempore anni quocunqꝫ etiã die uenerit Reſpõſorium Terribilis eſt locus iſte. cũ uerſu ſine Gloria patri. Deinde Reſponſorium. Benedic dñe. paſchali tamen tẽpore cum additione

one alleluya ad utrūq;. Cōuentu uero eccleſiā ingreſſo, et ibidem ſtationē faciente, duo preſbiteri ꝑ cātorem deſignati. Verſum cū Gloria añ uexillū decātant. Et in ultima repetitione, cōuentu ad chorū & ad ſedes poſt repoſitionem uenerabilis ſacramēti in altari aſcēdente prior cum miniſtris añ gradū ſubſiſtens, Verſiculū & Collectā ſubiungit. Deinde cantor imponit introitum miſſæ, & prior cum miniſtris ſacrarium ingreditur ad miſſam proceſſurus. In nouis domibus non habentibus eccleſiam dedicatam, celebretur dedicatio cū dedicatione eccleſiæ matricis ſub feſto ſolemni. Infra octauam, memoria dedicationis agitur ad matutinas & ad ueſperas, per antiphonam de laudibus, cum uerſiculo & collecta, & ad miſſam per collectam, niſi maius duplex feſtum interueniat uel ſolemne. ¶ Octaua dedicationis feſtum duplex de quo ſemper cantatur, niſi ibidem fuerit aliud feſtum duplex cui cedit dedicatiōis octaua ſola memoria recepta. Feſta uero ix lectionum uľ etiam ix pſalmorum cedunt octauæ dedicationis in diem alteꝝ trāfferenda. Feſta autem minora memoriā tātum habēt in ipſa octaua ſimiliter & dies dominicalis.

¶ In dedicatione altaris.

In dedicatione altaris que cum dedicatione eccleſiæ non recolitur nihil in horis de dedicatiōe agitur, ſed miſſa ibidem cantatur ſub celebritate duplici. Ad ueſperas etiam et matutinas cereus in eodem altari ardeat.

In ſingulis etiam altaribus quorum dedicatio cum eccleſiæ dedicatione recolitur, In ipſo dedicationis die, ad utraſq; ueſperas, matutinas & ad miſſam maiorem unus cereus in quolibet altari dedicationis accenditur. Et ſacriſta ordinante miſſa dedicationis altaris infra ebdomadam duobus cereis accenſis in priuato in ipſis altaribus legitur. Conſimilis obſeruantia miſſarum & cereorum

reorum in maiori feſtiuitate cuiuſlibet patroni altaris obſeruatur in ipſo altari. Si feſtum duplex uenerit in profeſto octauæ dedicationis habebit ſecundas ueſperas. Si autem in craſtino habebit primas.

## De ſolemnibus feſtis Cap. XXIIII.

IN ſolemnibus feſtis trina uice pro ueſperis & matutinis pulſatur. Tabulæ altaris & capſe reliquiarum aperiuntur Quatuor cerei ad utraſq; ueſperas, matutinas & ad miſſam maiorem ſicut & feria ſecunda paſchæ & penthecoſtes accenduntur. Ac cancelli chori ad ueſperas & ad matutinas aperiuntur. Verſus in ueſperis, & Venite exultemus dño in matutinis duo de ſenioribus preſbiteris p cãtorem deſignati in medio chori decantãt. Infra magnificat hoc ritu adoletur incẽſum ſacerdos ceroferarijs precedẽtibus ad ſummũ accedens, altare, ante gradus altaris cum ceroferarijs genu flectit. Deinde ſurgens, ſola dextera thurificat, primo trina uice ad medium altaris, deinde ter ad ſiniſtrum cornu & & ter ad dextrum, & iterum ter ad altaris medium. Deinde ter ante ſacramentum ſi in alio loco q̃ in altari repoſitum fuerit. Deinde ad ſingulos fratres ſemel incipiendo a ſeniore, & ſic ad reliquos eiuſdem chori & ſimiliter in alio choro, poſtea ad ceroferarios ante pulpitum ſubſiſtentes. Deinde ſacriſta ſi ſacerdos fuerit, alioquin procurator uel alius ſacerdos cui commiſſum fuerit accepto a priore thuribulo ipſum bis thurificans, ad altaria eccleſiæ inferiora thurificanda ſolus deſcendit.

pro correctionẽ in fine lib. fo. 71. post Indice Copẽ. priuil.

Collectas in ueſperis & matutinis prior in medio chori cantat. Ceroferarij uero in ueſperis uerſiculos ad memorias & Benedicamus ante pulpitum canũt. Quo cãtato precedẽtes priorẽ ad ſacriſtã reuertũtur Ad maiorem miſſam ceroferarij cum accenſis cereis añ miniſtros

in introitu

in introitu & in exitu procedunt. Et ad euãgelium cũ ardentibus cereis dyacono aſtabunt. Infra hanc miſſam ianuæ chori aperiuntur. una tãtum Collecta dicitur, niſi fuerit aliqua annexa diei aut oborta cauſa ſpecialis. Alleluya a duobus deputatis in loco epiſtolarum decantatur. Lectiones matutinales tali leguntur ordine ut nona priori deueniat, cui aſſurgẽs ſupprior, nudato capite bñdictionem dabit. Verſum ſue lectionis unuſq; cũ iuniore ſibi proximo, In duplicibus uero feſtis cum ſeniore ſibi proximo cantat.

¶ De maioribus duplicibus feſtis

In maioribus duplicibus feſtis oĩa fiunt ut ſupra, excepto q̄ tãtum duo cerei in altari accenduntur, & rñſoriũ in ſecundis ueſperis nõ dicitur, ſi in primis dictũ fuerit.

¶ De duplicibus feſtis.

In duplicibus feſtis bis more ſolito pulſatur. duo cerei ad ueſperas & matutinas & ad miſſam maiorem in altari ardẽt. Verſum in ueſperis duo iuniores in choro, hebdomadarij, uerſiculario & ebdomadario exceptis in ſtallis iuncti cantãt. Duo cãtant uerſiculos & Reſponſoria ad minores horas ante gradũ ſanctuarij. Duo iuniores in ſacris cõſtituti preter ebdomadariũ cantant Venite exultemus dño in medio chori, niſi alij ad hoc fuerint deputati. Reſpõſoria parua ad minores horas cum alleluya cantantur niſi fuerit in Septuageſima Ad miſſam tãtum una collecta dicitur niſi fuerit alia annexa diei uel oborta cauſa ſpecialis Sequentia canitur & ad euãgelium abſq; lumine thurificatur.

¶ De feſtis nouem lectionum.

In dominicis & in ceteris feſtis nouem lectionũ unicus cereus infra ueſperas & matutinas in medio altaris ardebit. Verſicularius in choro ebdomadarij uerſum ĩ ueſperis. Verſiculos. Venite exultemus. & parua reſpõſoria

ſolus

ſolus decãtat. Lectiones in matutinis a iuniore incipiũtur ad ſeniores aſcendendo. ebdomadarius tamen lectionem non legit, niſi paucitas numeri fratrum hoc requirat. Vnuſquiſq; uerſum ſuæ lectionis ſolus cantat.

Te deum laudamus ſemper canitur, & interim campana pulſatur uſq; Patrem immenſæ maieſtatis. Loco cuius in aduentu et in Septuageſima Reſponſorium repetitur & interim pulſatur. Sequentia non canitur. Duo ad miſſam in dalmaticis miniſtrant, & duo cerei ad eleuationem accenduntur. Quando in aliqua dominica ab octaua epyphaniæ uſq; ad Septuageſimã, & ab octaua ſacramenti uſq; ad aduentum domini uenerit feſtum nouem lectionum & ſupra, de ipſo feſto cantatur cum memoria dominicali ad utraſq; ueſperas, matutinas & miſſam niſi uacãdum fuerit. Omelia uero & miſſa eiuſdem dominicæ & ad Benedictus antiphona eiuſdẽ euãgelij ſeruantur in proxima feria ſequenti ubi miſſa dominicalis cantari poterit, & non fit proſtratio in miſſa de dominica niſi quãdo ad horas fiat proſtratio. Cum autem feſtum ſolemne uenerit in dominica tunc nulla memoria dominicalis agitur, ſed ad alium diem differtur, exceptis dominicis aduentus domini, & dñicis a Septuageſima uſq; ad octauas penthecoſtes de quibus memoria agitur ſi quãdo ſolemne feſtum in ipſis uenerit. Si uero uenerit in ſabbato uel in feria ſecunda memoria dñicæ in ueſperis feſti precedentis uel ſequentis nõ eſt omittenda. Infra octauas etiam ſolemnes ſeruato in matutinis Euangelio dñicali, memoria eiuſdem dñicæ per antiphonam eiuſdem euangelij agitur cũ uerſiculo Dñs regnauit & collecta dñicali. Deniq; ſciẽdum ꝙ omnia ſanctorum feſta celebria nouẽ lectionum, etiam ſi in ſabbatis uľ ferijs ſecundis uenerint utraſq; ueſperas recipiunt, niſi maius feſtum precedat uľ ſequatur. Eodẽ modo de



do de feſtis ix. lectionum nõ celebribus. ſi propriã hiſtoriã habuerint, uel ſpicialem antiphonam in primis ueſperis ſuper pſalmos, eſt tenendũ, ¶ Cætera feſta ix lectionũ ferijs ſecũdis occurrẽtia, non hñt primas ueſperas in dñica ſed tãtummodo memoriam, niſi forte ſecũdas ueſpas habere nõ potuerint. Sabbato uero uenientia ſecundas ueſperas retinẽt. Qñ etiã duo feſta ix lectionũ uel duplicia equiualentia ſibi immediate coniunguntur, tunc feſtum ſuccedens habebit primas ueſperas a capitulo niſi propter feſtum maius duplex aut cantum proprium habens impediãtur, dummodo etiam primum feſtum priores ueſperas habuerit.

## ¶ De octauis ſolẽnibus Cap. XXV

INfra octauas ſolẽnes nouem pſalmi cum tribus lectionibus & Reſpõſorijs. Te deum laudamus, & quinq; antiphonæ ad laudes Gloria in excelſis & Ite miſſa eſt Nec non & Credo in unum deũ ſi ad officium feſtiuitatis pertineat, quotidie ꝑ octauã cãtantur tã in cõuentu ꝙ̃ in priuato undecũq; etiã miſſa ſeruatur, preterq̃ in uigilijs ſanctorum & miſſa defunctoꝝ Et ſi infra octauas aliunde miſſa in cõuentu ſeruatur, de octaua in priuato legitur. ¶ Si feſtũ propriam habuerit prefationem, hæc eadẽ per octauas, etiam ſi feſtum maius duplex uel ſupra interuenerit, ſeruatur, niſi feſtum interueniens prefationẽ habuerit ſpecialem, ¶ Quãdo feſtum maius duplex aut ſupra ueniẽs infra octauas ſolemnes non habuerit ad minores horas proprium hymnũ aut antiphonã ſuper pſalmos ad completorium, de feſto ſolemni huiuſmõi ſeruãda ſunt, quẽadmodũ & in ceteris minoribus feſtis infra octauas ſolẽnes uenientibus. ¶ Quãdo etiam infra octauas ſolemnes aut alijs diebus cum horæ de ſanctis ſeruãtur contigerit ad matutinas Omeliam ſeruari, tunc ante laudes ma

tutinales

tutinales ſemper dicitur uerſiculus ſecundus. Suffragia quotidiana ſanctorum ad ueſperas & ad matutinas non dicuntur. Solus dyaconus ad miſſam in dalmatica miniſtrat, niſi feſtum nouē lectionū uel ſupra interuenerit. Ad miſſam una tantum dicitur oratio niſi alia pro tempore uel pro cauſa occurrat ſpeciali. Reſponſoria ad minores horas cum alleluya cantantur, etiāſi de octaua feſti non cātetur. In feſtis nouem lectionū interueniētibus propriam antiphonā ſuper pſalmos in primis ueſperis non habentibus dicuntur antiphonæ & pſalmi per octauam dicende. Capitulum uero hymnus & cætera de feſto inſtanti ſunt dicenda.

De commemoratione beatæ Mariæ uirginis

Ab octauis epyphaniæ uſqȝ ad Septuageſimam, & ab octauis ſacramenti uſqȝ ad aduentum domini, ſabbato de beata & glorioſa ſemper uirgine dei genitrice Maria horas & miſſam cantamus, niſi fuerit ibidem feſtum alicuius ſancti propriam miſſam habentis, uel aliud in kalendario expreſſe determinatum, & tunc feria quinta ſi uacauerit. Alioquin feria tertia uel quarta commemoratio beatæ uirginis obſeruatur. Q; ſi nulla harū uacauerit tunc ſabbato de cōmemoratione beatæ Mariæ obſeruatur, niſi ibidem fuerit feſtū ix pſalmorū uel ſupra, & miſſa de minori feſto ſi occurrerit uidelicet ꝓpriū officiū miſſæ hñte in priuato legitur. Q; ſi ꝓ primis ueſpis memoria tantum agitur poſt octauas epyphaniæ uſqȝ ad purificationem beatæ Mariæ uirginis antiphona erit Beatus uenter Collecta Deus qui ſalutis. Ceteris autem temporibus anni quando pro primis ueſperis commemoratiōis eius memoriā tm̄ agimus Antiphona erit Alma redemptoris. Collecta Concede nos famulos. Quando autem feria tertia, quarta, aut quinta de beata uirgine cantantur horæ, tunc ſecunda collecta in miſſa ſeruatur,

ſicut

ſicut ſignatum eſt in feſtis nouem lectionum uel nouem pſalmoꝝ. Ad primas ueſperas & ad matutinas unus cereus in altari accenditur, Ad miſſam duo in dalmaticis miniſtrāt Sequētia canitur ſed nō Credo Ad eleuationē duo cerei accenduntur. Que etiā ſolemnitas obſeruatur, qn̄ ſola miſſa commemorationis eius canitur ſicut in aduentu dn̄i, In Septuageſima & tpe paſchali. Excepto ꝙ in aduentu dn̄i & in Septuageſima Sequētia non cantatur. Hæc etiam obſeruātur in miſſa commemorationis ſancti ſpiritus cum kyrieleyſon nouem lectionum, & Sequētia, Veni ſancte ſpiritus. Secūda oratio vn̄ horæ ſeruātur. In eadem hebdomada ubi feſtum uel octaua beatæ uirginis celebratur, nō cātamus miſſam uel horas commemorationis eius, preterꝗ in ſabbato uacante

Inſuper & per totum ānum exceptis feſtis duplicibus & ſupra, & octaua paſchæ, penthecoſtes. & a uigilia natiuitatis dn̄i uſqꝫ ad epyphaniā, & infra ebdomadam palmarum, ac infra octauas ſolemnes ipſius beatæ uirginis. & qn̄ miſſa de beata uirgine in cōuentu cātatur, miſſam de ipā beata uirgine in priuato legimus, cum qua tn̄ pro uoto celebrantis debitum ordinis ſoluere cōceditur, dummodo ſpecialis cellecta pro eo fiat.

De feſtis nouem pſalmorum

In feſtis nouē pſalmoꝝ cereus ad ueſperas & ad matutinas in altari nō accenditur. Inuitatorium feſtiuale cātatur. Lectiones ſi nō fuerint proprie ex cōmuni ſanctorum legūtur. Te deum laudamus, & quinqꝫ antiphonæ in laudibus cantantur. Gloria in excelſis & Ite miſſa eſt dicuntur. Vnus in dalmatica miniſtrat. Et unus ad eleuationem cereus accenditur. Hec etiam in miſſa commemorationis patroni ordinis obſeruantur, & ſecunda oratio in tali miſſa erit. unde horæ ſeruantur. Hec feſta ſecūdas ueſperas non habent, niſi proprium cantum habuerint,

buerint. que tamen ſi in ſabbato uel feria ſecunda uenerint, dominica habet ueſperas utraſq;. Et ſi in dominica uenerint, nouem lectiones recipiũt. & Omelia dominicalis, p tribus ultimis lectionibus legitur, uel Omelia cõmunis de ſanctis, ſi dñica uacauerit. Tunc etiam ſecũdas ueſperas obtinent, uel ſaltem memoriam niſi maius duplex feſtum, uel ſupra ſequatur.

## De feſtis trium lectionum Cap. XXVI.

IN ceteris trium lectionum feſtis de quibus in dñicis non cãtatur, nec in ſabbatis quidẽ, niſi propriam miſſam habuerint Inuitatorium cũ nota feriali & pſalmi nocturni ferialis cum Antiphonis ſuis dicuntur. Si proprias lectiones non habuerint, de feria legũtur. Laudum pſalmi ſub una antiphona pſalluntur. Te deum laudamus. & Gloria in excelſis nõ cantantur. Ad miſſam taliũ feſtorum ſolus diaconus in albis miniſtrat. Que quidem miſſa ſi preſens defunctus uł anniuerſariũ fuerit, uel alia miſſa neceſſario decantanda, legi poterit in priuato.

De feſtis etiã triũ lectionum nõ hñtibus propriã miſſam, ſemper ſeruamus horas, qñ alio die infra hebdomadã de tpe ſeruari poterit, aut in dñica de tpe ſeruatum eſt. Et notãdum ꝙ poſt octauas epyphaniæ. & poſt octauas ſacramẽti, ubi lectiones de tẽpore in lectionario ſingulis diebus aſſcriptæ nõ ſunt, ſiue de feria cantetur, ſiue de ſctis proprias lectiones nõ hñtibus, Primo legendæ ſunt lectiones de dominica, ſi ĩ dominica dictæ nõ fuerint. Deinde lectiones pro ebdomada, prout opus fuerit deputatæ. Omelia tñ dominicalis & omelia propria in uigilijs ſanctorum leguntur temporibus ſibi congruis.

## De ferialibus diebus, quando de feria cantatur hi ſunt dies proſtrationis.

Quãdocunq; de feria ſeruatur, excepto tempore paſchali,

chali, ante quālibet horā dimiſſo ſigno dn̄icam orationē ſuper formā, ꝓcumbētes dicimus, donec ad ſignū prioris ſurgētes, & uerſi ad altare horā incipiamus. An̄ cōpletorium etiā confeſſionē dicimus ꝓcumbētes. Porro ꝑ totū aduentū dn̄i ferialibus diebus horis quibuſdā exceptis prout ibidē clarius exprimitur, & excepta uigilia natiuitatis dn̄i. Itemq; a capite ieiunij uſq; ad cenam domini, & in uigilijs ſanctorum, & in ferijs quatuor tēpoꝝ mēſis Septembris, quotienſcūq; de feria cantatur, in matutinis poſt antiphonā ad bn̄dictus, & in ueſperis poſt antiphonā ad magnificat Kyrieleiſon nouies, & preces maiores, pro omni gradu eccleſiæ cū pſalmo miſerere dicimus procumbētes. Ad completorium uero & ad primā, pſalmum Miſerere cū precibus conſuetis. In reliquis aūt horis poſt uerſiculū Rn̄ſorij Kyrieleyſon nouies & p̄ces minores cū eodem pſalmo perſoluētes Ceteꝝ ab octaua epyphaniæ uſq; ad caput ieiunij, & ab octaua ſacramenti uſq; ad aduentū dn̄i, quādocunq; ferialibus diebus de tempore cātatur, in omnibus horis ſimiliter genu flectētes preces dicimus ꝑbreues. ſine pſalmo Miſerere, videlicet. Kyrieleyſon. Chryſteleyſon. Kyrieleyſon cum oratione dn̄ica. Et ebdomadarius reſumpto Et ne nos. cū uerſiculis, Exurge dn̄e. Dn̄e deus uirtutū, Dn̄e exaudi, ſurgens ſalutatione premiſſa ſubiūgit orationē ut conſuetū eſt. Verūtamen preces primæ & cōpletorij nō mutantur.

## ¶Quo ordine ſeruanda ſunt Reſponſoria in matutinis Cap, XXVII,

INfra octauas ſolēnes & in feſtis ſctōꝝ trium lectionum. Rn̄ſoria in matutinis hoc ordine uariātur ſcilicet Feria ſecūda & quita tria Rn̄ſoria de primo nocturno. Feria tertia & ſexta, tria Rn̄ſoria de ſecundo no-

cturno

ctutno. Feria quarta & ſabbato R̄nſoria de tertio nocturno. Hinc excipitur octaua natiuitatis Chriſti quia ſpeciale habet hiſtoriā. Excipiuntur etiā octauæ ſctōrum triū lectionū. uidelicet Octaua Andreæ, Innocētum, Agnetis & Laurētij ubi ſemꝑ tria ultima R̄nſoria ſunt dicenda.

R̄nſoria hiſtoriaꝝ de tp̄e per totum annum q̄n hiſtoriæ imponūtur, ſi de tēpore in dn̄ica ſeruatur ad matutinas ibidem a capite incipiūtur. Qꝫ ſi aliqua hiſtoria plura habuerit Reſpōſoria q̄ꝫ que in dn̄ica ſeruata ſunt, tunc illa primo per ferias que in dn̄ica ſuperfuerunt Reſponſoria dicenda ſunt, ac per ordinē proſequenda, poſtmodū uero a capite reincipiuntur. Et ſi eadem hiſtoria per plures ebdomadas ſeruatur. ſemper in dominicis eſt a capite reſumenda, & per ordinem diebus ferialibus ſequentibus proſequenda. Itemqꝫ notandum q̄ quando feria ſecunda aut quinta cantatur de una uirgine non martyre, tunc in matutinis dicuntur ſecundum, tertiū, & quartum Reſponſoria, quia primum huiuſmodi non competit. Et ad nocturnum Hymnus Virginis proles cum ſolo uerſu. Huius obtentu, & uerſu finali.

Quo ordine faciendæ ſunt memoriæ.

Quando plures memoriæ uno die concurrunt, tunc primo illius memoria agitur, de quo potius ea hora cantandum eſſet remoto feſto de quo cantatur. Exempli gracia Cum in dominica die uenerit Octaua natiuitatis beatæ uirginis Mariæ, cui annexum eſt feſtum Nicomedis martyris, tunc priores ueſperæ cantantur de octaua natiuitatis ſcilicet ſabbato in die exaltationis ſanctæ crucis. Finita collecta beatæ uirginis, Primo fit memoria de exaltatione ſanctæ crucis, quia de illa cātande eſſent ueſperæ ſi octaua natiuitatis nō preferretur, quia duplex feſtū eſt. Deīde fit memoria de ſanctis Cornelio & Cypriano, quia de ipſis ueſpere ſeruarentur ſi etiā feſtum exaltationis ſctē

nis ſanctæ crucis nō obſtaret. Nam feſtum nouem lectionum haberent ſi per ſe uenirent. Poſtea fit memoria de dominica, & ultimo loco de ſancto Nicomede, quia dominica ſemper preponitur feſtis trium lectionum.

Quando etiā feſtum alicuius ſancti transfertur cui annexum eſt feſtum alterius ſancti memoriam habētis, tunc transfertur unum cum altero. Quando memoria unius martyris bis diuiſim occurrerit, pro memoria ſecundi martyris Antiphona erit. Hic eſt uir, tam ad ueſperas ꝗ ad matutinas. Si plurimoꝵ martyꝵ bis diuiſim cōcurrerit, pro ſecunda memoria martyꝵ Antiphona erit, Sancti per fidem, tam ad ueſperas ꝗ ad matutinas. Verſiculi dicti ſemper repetuntur. Si uero unius confeſſoris memoria bis diuiſim occurrerit, pro memoria ſecundi confeſſoris Antiphona erit, Amauit eum dominus, tam ad ueſperas ꝗ ad matutinas, Si plurimorum cōfeſſorum memoria occurrerit. Antiphona erit Sancti per fidem tā ad ueſperas ꝗ ad matutinas. Verſiculi, de martyribus.

De memorijs paſchali tempore ſeruandis, ſupra ſignatum, Capitulo, de octaua paſchæ. Sciēdum quoqꝫ ꝙ eodem ordine dicendæ ſunt orationes ad miſſam ſicut ad matutinas, niſi miſſa cantaretur de æliquo cuius non fuiſſit prima oratio ī matutinis, quia oratio officij ſemper primo eſt dicenda. Quando ſecundas ueſperas ſeruamus, & ſequēti die de alio ſeruandum fuerit, ꝗ unde ſeruatum eſt, tunc facienda eſt memoria per Antiphonam & Collectam de feſto craſtino. Ab hoc excipitur Octaua Innocentum, & quando de feria cantandū eſt ab octaua epyphaniæ uſqꝫ ad Septuageſimam, & ab octaua ſacramenti uſqꝫ ad aduentum domini.

Quibus temporibus curſus beatæ Mariæ dicatur in conuentu, & quibus non, & quo ordine ſit dicendus. Cap. XXVIII.

Curſum

CVrſum beate Mariæ ſemper uirginis quo-
tidie dicimus per totum annū in cōuentu
uł priuatim, niſi qñ de feſtis, uel de cōme-
moratione eius ſeruamus horas regulares.
Tunc enim curſum eius omnino nō dici-
mus. ſed pro primis ueſperis & cōpletorio ipſius quinꝙ
ultimos pſalmos graduū. & diebus ſingulis ſequentibus
omnes quindecim cū precibus & orationibus ſuis in pri-
uato dicimus. hoc mō uidelicet. Primi quinꝙ pſalmi pro
defunctis cum unico Requiē eternā terminātur ſine ky-
rieleiſon. Pater noſter. Et ne nos. Verſiculus. A porta infe
ri. Dñe exaudi orationē. Oremus. Abſolue dñe animas
famulorum famularumꝙ tuarū ab omni uinculo deli-
ctorum ut in reſurrectiōis gloria inter ſanctos tuos reſuſ-
citati reſpirent. Per chriſtum dñm noſtrum Amē. Medij
quinꝙ pſalmi pro nobiſipſis. ſinguli cum Gloria patri.
Kyrieleyſon Chriſteleyſon kyrieleyſon. Pater noſter. Et
ne nos. Verſiculus Memor eſto dñe cōgregationis tuæ.
quā poſſediſti ab initio. Dñe exaudi orationē. Oremus.
Deus cui ꝓprium eſt miſereri &c̄ Per chriſtum do. Vlti-
mi quinꝙ pſalmi pro cunctorum ſalute uiuorum, ſingu
li cū Gloria patri. Kyrieleyſon Chriſteleyſon kyrieleyſon.
Pater noſter Et ne nos. Verſiculus Saluos fac ſeruos tuos
& ancillas tuas. Deus meus ſperantes in te. Dñe exaudi
Oremus Pretende dñe famulis ac famulabus tuis dexte-
ram &c̄. In omnibus feſtis duplicibus & ſupra. &
infra octauas ſolemnes. & in feſtis nouē lectionum ſpeci
alem hiſtoriā habentibus, & a uigilia natiuitatis dñi uſꝙ
ad octauas epyphaniæ, & a prima dñica quadrageſimæ,
uſꝙ ad octauas paſchæ, curſum beatæ Mariæ cōuentua-
liter nō dicimus ſed priuatim. Similiter & ueſperas de e-
odem curſu, quādo uigiliæ defunctorum cantātur. Reli-
quo tempore anni ſeruamus eundē in cōmuni cōuentu.

Primam itaqꝫ beatæ Mariæ ſemper dicimus ante primā diei, reliquas uero eius horas poſt horam diei, preter illā que immediate ſequitur miſſam cōuentualem. Finitis igitur matutinis ebdomadarius ſalutationem angelicam premittit dicens Aue Maria, Reſpondente conuentu Benedicta tu &c̈. uſqꝫ tui, ſtantibus cunctis ſine reclinatione uſqꝫ poſt Gloria patri. Ebdomadarius & Verſicularius nudo dicunt capite que ſingulariter legunt. cetera oĩa tectis capitibus dicere poſſumus. Infra pſalmos in matutinis & ueſperis ſedemus. Ad gloriam trinitatis interim in ſedibus reuerenter inclinantes, & ad ultimam ſurgentes. Infra lectiones matutinales ſedemus, reliqua cuncta ſtando dicentes. Ad orationem dominicam, ad ultimū uerſum cuiuſlibet hymni. Ad Collectas & ad Gloria patri. preterqꝫ poſt pſalmos matutinales & ueſpertinos inclinamus. In uerſibus pſalmorum & hymnorum unicam & modicam pauſam facimus ſicut & in omnibus que ſine cantu legimus.

¶ Qualiter fratres ſe habeant in horis regularibus. Cap. ~~XXIX~~.

REgularibus horis, omnes pariter fratres ſtudeant intereſſe. Qñ pulſatur ſignū quo ad eccleſiā eſt eundum. fratres ubicunqꝫ fuerint debent pretermiſſis alijs ad choꝝ properare. Infra diuinum officium nullus niſi prius accepta licẽtia choꝝ exibit, & expedito ꝓpter quod exijt, ſtatī reuertetur. Et p̃cipue infra cantica Euāgelica. Infra lectiōes, & Te deū laudamus. Infra Collectas, Epiſtolam, Euangelium, Sanctus, & Agnus dei, niſi neceſſitate cogente chorum exire uitamus. Et ſi exire uel per chorum ire quēquam oporteat, reuerenter & modeſte fiat. Nocte igitur cum ſignum datur alacriter ſurgentes, deuotis orationibus ſeu ſanctis meditatiōibus

animum

animum ſacris uigilijs preparantes, cordis intentionē cō-
uertimus ad dominum, donec ultimo ſigno dato, ad ora
torium deuote procedamus. Intrantes chorum capita de
nudamus, & ad gradum ſanctuarij profunde inclinātes,
& ad ſedes noſtras incedentes, ſtamus in ſedibus noſtris
uerſa facie ad altare, donec ſigno demiſſo ad genua uel
ſupra formas prout tempus poſtulat ad orationem incli-
nemur uel proſternamur. Interim ab omni ſtrepitu quā-
tum poſſumus abſtinentes. Qui tardius ad horas ue
nerit, ſi ad matutīas poſtquam Inuitatorium inchoatum
fuerit. Vel infra primam beate Mariæ uirginis, ſeu etiam
ad minores horas infra hymnū, & infra octauas paſchæ
ad ueſperas infra Kyrieleyſon intrauerit, ad ſedem ſuam
ueniens curuatis parumper genibus, ueniam ſupra for-
mam accipit. Si uero incepto hymno ad nocturnum
uel etiam ad omnes alias horas primo pſalmo inchoato
uenerit, ſine licentia nō ingreditur, & nihilominus ueni-
am ſupra formā accipit. Et quāuis inſuper ſecundū re-
gulam tales mores ubiqꝫ ſeruare debemus ut in oīibus
motibus noſtris nhil fiat quod cuiuſquā offendat aſpe-
ctum, hoc tñ in templo dei ubi diuina celebrātur officia
ſtudioſius obſeruādum eſt. Itaqꝫ oculos noſtros ita tene-
re & cuſtodire nos cōuenit, maxime in eccleſia & in refe-
ctorio, ne nobis diſtractionis materiā afferant uel mur-
muris. Tibias nimis extēdere uel cancellare cauendū eſt.
Manus noſtras & cetera mēbra decet nos ab oīni inquie
tudine & ſuperfluis occupatiōibus refrenare, ne uel nos,
uel alios ab intentione pſalmoꝝ & aliorum que in diuīo
officio recitātur diſtrahāt uel auertant. Qñ ſoli tituba-
mus in cōuentu, manu ad pauimentū ueniā accipimus.
Qñ alios titubare facimus culpā in capittulo recognoſci-
mus, Cū liber uel ſedes aut aliud nobis cū ſtrepitu cadit
uel cadere facimus, curuatis genibus formā oſculamur,

Quando

Quãdo inclinãdum eſt, ſi nõ inclinamus, uel aliud quid faciendum non facimus, niſi ab alio cõmoniti, manu ad pauimentum ueniã accipimus. Qui aliquid ſingulariter cãtant uel legunt, ſi errauerint non ſtatim, ſed cũ uerſum uel aliud quod cãtant finierint manu ad pauimentũ ueniã accipiunt. Igitur ad matutinas premiſſa orõne cũ prior ſignum dederit, uniuerſi extra ſedes & ſine reclinatione ſtantes, ad altare conuertimur, dictoq; a ſacerdote. Dñe labia mea, cum inceperit Deus in adiutorium, ſigno ſanctæ crucis nos ſignamus. Deinde ad Gloria patri inclinãtes cõuertimur ad chorum. Et ſicut añ matutinas, ſic etiã ante alias horas faciendum eſt. Ab eo ꝙ pulſatio dimittitur, uſq; ad Sicut erat. in oĩbus horis chorꝫ ingredi et pertrãſire uitamus. In omibus que cantantur uľ leguntur ſtet chorus contra chorum, niſi aliud ſcripto ſit expreſſum. Infra pſalmos chori alternatim ſedent. Nam primam Antiphonã cuiuſlibet hore incipit iunior in choro ebdomadarij. & illo choro ſtãte infra primũ pſalmum, alius chorus interim reſidet uſq; ad Gloria patri. Ibi eñ ſurgunt qui prius ſederunt, cum ceteris inclinãtes. Et ſi plures antiphonæ cãtandæ ſunt. ſequens antiphona in alio choro a iuniore incipitur, & pſalmus intonatur, ſtãtibus his qui prius ſederunt, & ſicuiciſſim per pſalmos ſingulos obſeruatur. Infra pſalmos Laudate dñm de celis. Laudate dominum omnes gẽtes. Ecce nunc bñdicite, et Quicũq; vult ſaluus eſſe, pariter omnes ſtamus. Pſalmi diſtincte & tractim cantentur, ita ut in medio cuiuſlibet uerſus plena fiat pauſa. non protrahendo uocem in pauſa, neq; in fine uerſus, ſed breuiter & ſuccincte termi nãdo. Infra pſalmos uero qui legũtur, unica modica pauſa fiat. Infra orationem dñicam ſemper inclinamus uľ genu flectimus, ſicut in principio horarum fecimus.

Primæ, quartæ, & ſeptimæ lectionis lectores, ante orationem

onem dñicam ad lectorium uadunt,nec poſt datã bene=dictionem, lectionem incipiunt, niſi tumultus reſidẽti=um cõquieſcat. Petens benedictionem lucernam in manibus non tenet,nec folia reuoluit, ſed reuerenter ad benedictionem inclinat.Ebdomadarius uero ad dandã bñdictionem nudat caput, ſed nõ aſſurgit, niſi Euãgeli=um pronunciãdum fuerit.Vel niſi prior benedictionem petierit.Qui lectiones legunt uiua uoce,aperte & diſtin=cte legant ad intelligendum,ut attẽte & ſine ſtrepitu au=diãtur.Habeãt autem ſingulæ domus lõgiores lectiones ad matutinas ad inſtar domus ſuperioris. Ferialibus diebus qñ de feria cãtatur,poſt orõnem dñicam. lectore bñdictionem petente omnes cum ebdomadario ſurgi=mus.Infra lectiones & rñſoria ſedemus.& dum poſt terti um reſpõſorium Gloria cantandum eſt.ſurgentes incli=namus. Si uero reſpõſorium repetitur, interim ſtamus.

Infra euangelium in matutinis.Te deũ laudamus.Bñ=nedictus,Magnificat,& Nũc dimittis in horis canonicis nudo capite & ſine reclinatione ſtamus. Infra Te deum, ad Virginis uterum,& ad precioſo ſanguine.Ad glorio=ſa quoq; nomina Iheſus & Maria, ubicumq; in cõuentu pronunciãtur,capita reuerenter inclinamus.Et ſi in can=tu plures notas habuerint,tunc in cõiunctione ultimarũ ſillabarum tantum inclinamus.Porro ultimum uerſum hymni Te deum,uterq; chorus terminat. Ad uerſicu=lum ante laudes uertimur ad altare uſq; ad gloria patri.

Ad penultimum uerſum cãtici trium puerorum,& ad ultimos uerſus hymnorum, ſicut ad Gloria patri uſq; ad genua inclinamus. Ad collectas etiã in omnibus ho=ris quãdo tempus proſtrationis non eſt, ſimiliter inclina=mus.Si uero tempus proſtrationis fuerit, ſtatim ad Kyrie leyſon,genua flectimus uſq; per omnia ſecula ſeculoꝝ, poſt primam collectam.Solus tamen ebdomadarius añ

ipſam orationem dicturus Dñs uobiſcum, ſurgens orati onem ſtãs dicit. Ad alias autẽ orationes ſi que ſequuntur uſq; ad genua tãtum inclinamus. Notãdum autem ꝙ legens in priuato horas quaſcunq; per ſe, non dicat Dominus uobiſcum, ſed Dñe exaudi orationem, etiã ſi fuerit ſacerdos. Et ſi poſt primã orationẽ non ſequuntur alia cãtanda uł legẽda in genibus remanemus preterq; in ueſperis & matutinis poſt dominicã in paſſione uſq; ad coenam domini. Finitis matutinis, dato ſigno cuncti dormitorium ſecundum ordinem iunioribus precedẽtibus intramus. Ad orationem dñicam, ad Credo in deum, & ad Confiteor in primis & Completorio, quando tempus proſtrationis nõ eſt, uſq; ad genua inclinamus, & tẽpore proſtrationis ſuper formam procumbẽtes. Confiteor autem in primis & ante completorium ſemper nudo capite dicimus. Finita prima collecta de primis Verſicularius tres aut quatuor ictus facit cum campana, & ſenioribus precedentibus domum capittuli intramus Ibidem ſedente conuentu pronunciatur luna & lectio martyrologij. Deĩde ebdomadarius ꝓſequitur Precioſa, cum ceteris. Et poſt collectam, Dirigere, lector procedẽs ac petẽs benedictionẽ, dicit Iube domine bñdicere. Et ſi fuerit feſtum nouem lcõnum, uel ſupra, & p ebdomadã paſchæ uel penthecoſtes, datur hec benedictio. Diuinũ auxilium maneat ſemper nobiſcum. Et legitur particula ex euangelio, ſtante conuentu. Ceteris diebus datur hæc benedictio Regularibus diſciplinis inſtruat nos omnipotẽs & miſericors dominus. Et ſedente cõuentu, legitur ꝑticula ex cõmento regulæ. Et cõcluduntur lectiões per Tu autẽ dñe, & reſpõſo, Deo grãs, dicit lector Cõmemoratio omnium fidelium defunctoꝝ. Et ſi alicuius uel aliquorum obitus uel anniuerſarium denunciandũ fuerit, hoc premiſſo, dicit. Commemoratio eius, Vel, Commemoratio

moratio eorum & omnium fidelium defunctorum. Pri-or reſpondet. Requieſcãt in pace. & Conuentus, Amen. Ebdomadarius incipit pſalmum Deprofundis. & con-cluditur per Requiem eternam. Sequitur uerſiculus A porta inferi. Dominus uobiſcum Oratio Fidelium deus. Hic tamen pſalmus cum uerſiculo & collecta nõ dicitur in duplicibus feſtis & ſupra, neq; infra octauas paſchæ, niſi obitus uel anniuerſarium alicuius pronunciaretur. Sed prior dicit. Benedicite, & reſponſo. Dñs, ſubiungit pſalmum Laudate dñm omnes gentes. Ebdomadarius autem ſubiungit uerſiculum & collectam. In fine dicit prior Adiutorium noſtrum &c. Et ſi fuerit ieiunium ſine medio cantatur tertia, ac deinceps ante miſſam cõuentu alem ſexta, & poſt miſſam nona. Si uero ieiuniũ non fu-erit, tunc ante miſſam cõuentualem cãtatur tertia, & poſt miſſam ſexta, ac deinde poſt refectionem nona.

Ad ueſperas in pſalmis In collectis & in alijs, omni-modis faciendum eſt ut de matutinis ſupradictum eſt.

Ante completorium quãdo cenamus premittitur lcõ Fratres ſobrij eſtote' Qua finita prior dicit Adiutoriũ nrm. Ac deinde inclinãtes uel genu flectentes ſecundum tps orationem facimus, deinde cõfeſſionem. Qua finita eb-domadarius completorium incipit. Quando uero nõ ce namus, terminata collatione dicit prelatus in refectorio Adiutorium noſtrũ, & poſt reſpõſionẽ ſurgẽtes pgimus ad chorum, pulſuq; intermiſſo, & oratione dñica dicta. ſequitur confeſſio ut ſupra. Finito completorio ſtatim genu flectimus, & prelatus ſtando facit benedictionem ſuper fratres unico ſigno crucis. Et ſtatim cantor incipit antiphonam de beata uirgine. In cuius initio manemus in genibus. In ãtiphona uidelicet Alma redemptoris ma ter, uſq; Tnq; genuiſti. In antiphona, Aue regina ce-lorum, uſq; Salue radix ſancta. In Antiphona uero

Salue

Salue regina miſericordiæ, uſqꝫ Ad te clamamus Verſiculus per totum aduẽtum uſqꝫ ad uigiliã natiuitatis dñi incluſiue, & in feſto annunciationis dñicæ Aue maria. Collecta. Deus qui de beatæ Mariæ uirginis utero. A die natiuitatis dñi uſqꝫ ad feſtum purificationis Mariæ incluſiue, Verſiculus. Poſt partum, Collecta, Deus qui ſalutis eternæ. A feſto uero purificationis glorioſæ uirginis Mariæ uſqꝫ ad aduentum dñi. Verſiculus Poſt partum, Collecta. Concede nos famulos. Ab ipſo die paſchæ uſqꝫ ad octauas penthecoſtes incluſiue Antiphonã Regina celi letare quotidie cantamus, & ad benedictionẽ, & ad uerſum Ora pro nobis deum tãtum inclinamus. Terminata itaqꝫ Antiphona cũ uerſiculo & collecta, omnes genu flectimus, & ad laudem & ad gloriam eiuſdem uirginis trina pulſatio parua fiat, & ter ſalutationem angelicã dicimus, ſubiunctaqꝫ oratione dominica ad ſignum prioris exeuntes cuncti dormitorium precedentibus iunioribus intramus, exinde deuotioni attentius operam dãtes & quieti.

## ¶ De aſperſione aquæ Cap. XXX.

OMnibus dñicis diebus per ãnum poſt primam, ſal & aquam, ſtolã & pulpitum cũ libro pro benedictione ſacriſta uel alius ad hoc deputatus ante gradum ſanctuarij diſponit. Ibiqꝫ ſacerdus ebdomadarius uel alius ab eo ãmonitus cappa uľ ſuperpellicio indutus & ſtola, ſal et aquam benedicit, aſtante ſibi ſacriſta uel alio cum uaſculo ſalis. Finita igitur tertia cãtor Antiphonã ad aſperſionem incipit. Interim ſacerdos miſſam cãtaturus ſacris indutus ueſtibus abſqꝫ caſula miniſtris pcedẽtibus ad aſpergendum procedit, cui ſubdyaconus aſperſorium intinctum aquæ ſanctæ porrigit. Infra aſperſionẽ aquæ benedictæ nudo ſtamus capite. Sacerdos uero genu flexo

nu flexo ad gradum altaris ſummi, menſam ipſius aſp̃=
git, deinde ſeipſum, ac deinde miniſtros, poſtea conuen=
tum nudatis capitibus omnium, a priore uel a ſeniore in
cipiendo, & choro illius aſperſo, aſpergit & chorum ali=
um. Deinde deſcendit ad inferiorem eccleſiam, conuer=
ſos & alios ibidem exiſtentes aſperſurus, uno iunioꝝ cũ
aqua ſancta ipſum comitãte. Nec oportet hos gloriæ tri=
nitatis inclinationem obſeruare. Aſperſione facta ſacer=
dos ante gradum ſanctuarij uerſiculum & collectã ſub=
iungit, & poſtea miniſtris precedentibus ad ſacriſtiam re
dit. Porro aque baiulus uaſe repoſito cereos altaris accen
dit, niſi proceſſio fuerit facienda, & niſi fuerit feſtum ma
ius duplex uel ſolemne

## ¶ De proceſſione

Cum proceſſiones fieri debent ſacriſta prouidet unũ
ex conuerſis uel clericis qui uexillum delaturus preſciat
quando aſſumat, quando & qualiter procedat, quando
& ubi ſtabit, quando intrabit & quando reponet. Proui=
dere debet etiam ſacriſta ne quid indecens inueniatur in
ambitu uel immundum. Igitur dum ſacerdos poſt aſper
ſionis orationem in ſede preſbiterij conſiſtens cappã cho
ralem per ſacriſtam ibidem collocatam induit. Vexilli=
fer ſumpto uexillo ſtat ſupra gradum ſanctuarij donec
prima clauſula reſponſorij uel antiphonæ ab omnibus
cantata, inclinans uertat ſe. ad procedẽdum. Quem om=
nes per finalem exitum ſucceſſiue inter ſedes & formam
tranſeuntes, & in medio ante gradum conuenientes bi=
ni & bini pariter inclinantes cum modeſtia ſubſequun=
tur. Debent autem fratres diſtincte & ordinate procede=
re, ita ut ſpacium unius paſſus uel circiter, inter binos &
binos reliquatur. Vexillifer aũt ſic moderari debet greſ=
ſus ſuos, ut neq; feſtinantia ſua neq; tarditate moleſtiam
generet alijs uel tedium in eundo. Stationes uero in pro=
ceſſionibus

ceſſionibus non habemus (feſto purificationis & dominica palmarum exceptis) niſi ante introitum chori, Quo cum uentum fuerit ſtet uexillifer in medio ante chori ianuam, reliqui autẽ fratres collocant ſe chorus contra chorum in naui eccleſiæ, ea que ſuperſunt decãtantes. Quibus finitis cãtor Reſponſorium uel Antiphonam ad introitum incipit, & uexillifer intrans chorũ ſtat ſupra gradum ſanctuarij. Ceteri quocꝫ fratres poſt ipſum intrãtes & ante gradum inclinantes, ad ſedes ſuas reuertuntur. Sacerdos autem dicta oratione cũ miniſtris ad ſacriſtiam reuertitur, & interim uexillum in locum ſuũ reponitur.

## Quõ ſe habeãt fratres infra miſſam Cap. XXXI.

Finita hora que cantatur ante miſſam in cõcluſione orationis, ſi curſus beatæ Mariæ dicendus eſt Alioquin poſt pſalmi ſecũdi Gloria patri, & in quadrageſima uſqꝫ ad cenam domini, dum Reſpõſorium repetitur ſignum breue pro miſſa conuentuali (ſicut & ꝑ priuatis miſſis) ab uno iuniorum pulſatur cum ſignificatione miſſæ uidelicet x uel xij unius lateris ictibus. Itaqꝫ dũ cantatur Introitus ſtamus uerſus inuicem chorus contra chorum. Ad introitum uero Salue ſancta parens genua flectimus, uſqꝫ Enixa. Infra Gloria patri ſemper inclinantes. Dum Gloria ã ſacerdote canitur ad altare conuertimur Et cantore canente Et in terra Iterum ad chorũ uertimur Infra Adoramus te, & Suſcipe deprecationem noſtram uſqꝫ ad genua inclinamus. Vltimi uerſus clauſulam In gloria dei patris uterqꝫ chorus concinit. Similiter in ultimo Kyrieleiſon nouem lectionum & ſupra, & in ultimo uerſu Tractatuum Sequentiarum & Simboli, uirgulis rubeis appoſitis uterqꝫ chorus concinit.

in excelſis,

Cũ dominus uobiſcum dicitur ad altare cõuertimur,

&dicto

&dicto Oremus iterum uerſi ad chorum Infra Collectam inclinamus uel genu flectimus prout tempora deposcunt uſq; per omnia ſecula ſeculorum.

Ad reliquas ſi plures ſequũtur orationes ad altare uerſi ſtamus In miſſis tamen de uigilijs, exceptis uigilijs natiuitatis domini. Epyphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis et Penthecoſtes, & niſi miſſa de uigilia in dominica cantetur, ſemper ad primam collectam genua flectimus, etiam ſi huiuſmodi uigiliæ infra octauas ſolemnes uenerint, aut etiam de feria non cantetur. In miſſis quoq; quatuor temporum ad omẽs collectas de tempore genua flectimus, preterq; infra octauas Penthecoſtes, & ad Collectam Deus qui tribus pueris. Infra Epiſtolam & Graduale & Alleluya ſedemus, donec alleluya poſt uerſum reſumatur. Alleluya cantor imponit. & pretermiſſo iubilo, conuentus uerſum ſubiungit. Quo finito & Alleluya per cãtorem reſumpto, conuentus iubilum canit, niſi Sequentia cantanda foret. Tunc enim conuentus iubilum ante uerſum canit, & cantor uerſum incipit, quem conuentus proſequens, alleluya pariter ſine iubilo annectit.

In maioribus duplicibus feſtis & ſupra, duo per cantorem deſignati Alleluya ſine iubilo precinunt, quod cõuentus reſumens iubilum adiungit. Cãtatoq; uerſu a duobus predictis, chorus ultimam uerſus particulam terminat. & duo predicti repetunt Alleluya, ſine iubilo, & ſubiungitur Sequẽtia. Porro tempore paſchali quando duo Alleluya cantãtur. Primum ſemper habet iubilum ante uerſum, nec repetitur poſt uerſum, ſed ſtatim ſubiungitur ſecundum Alleluya modo ſupradicto decantandum. Cum dyaconus lecturus Euangelium ſalutationẽ premittit, omnes ad ipſum uertimur capitibus nudatis. Et cum dicit Sequentia ſancti euangelij & cetera, ſignamus nos unico ſigno crucis, Dicẽtes aũt Gloria tibi dñe

domine ꝓfunde inclinamus ad altare, ſtamuſq; uerſi ad euangelium cum omni reuerentia, & fit thurificatio in duplicibus & ſupra. Cũq; Credo in unum deum a ſacerdote inchoatum fuerit, & cãtor inceperit Patrem omnipotentem, uertimus nos ad chorum, ſtantes per totum ſymbolum ſine repodiatione. Ad uerſum aũt Et incarnatus eſt (quem cum ſequenti uerſu pre ceteris ſymboli uerſibus tractius atq; deuotius cantamus) uſq; Et reſurrexit, nudatis capitibus genua flectimus Ad dominus uobiſcum iterũ ad altare cõuertimur donec Offertoriũ incipiatur. Finito offertorio, ad altare cõuertimur uſq; ad finẽ Prefatiõis. Et poſtq; cãtor Sanctus inceperit, verſicularius primum ſignum faciens eleuationis octo uel decem ictibus tangit campanam, & conuẽtus ſtat cum omni reuerentia ſine repodiatione chorus contra chorum. Poſt Sanctus proſternimur donec ſacerdos cantet ſecundo Per omnia ſecula ſeculorum. Ad eleuationem corporis Chriſti tangitur campana tribus uel quatuor ictibus, & omnes fratres erecti in genibus cum omni reuerẽtia adorant, & ſtatim ſuper genua brachijs incumbentes ſe proſternunt. Ad eleuationem ſancti calicis ſigno facto erecti ſimiliter adorant. Qui etiam in choro preſentes non ſunt ubicumq; in clauſtro fuerint ſi cõmode ſe poſſunt infra eleuationem ſacramentorum ſtudioſius orationi genu flectentes incumbunt. Cum autem ſacerdoti Amen, uel Sed libera nos, reſpõdendum eſt, extra ſedes erecti, & ad altare cõuerſi, omnes pariter reſpondemus. Porro dum ſecundo Per omnia ſecula ſeculorum cantatur, ſurgimus cuncti & ad altare uerſi reſpondemus, donec Agnus dei a cantore incipiatur, quod uerſi ad chorum ſtantes ſine repodiatione decantamus, Poſt hec iterum ad altare uerſi ſtamus uſq; dum cõmunio a cantore inchoetur, quam uerſi ad chorum decãtantes, Poſtea iterum ad

rum ad altare uertimur. Infra orationes inſuper que poſt
cõmunionem dicuntur, eodem modo facimus ſicut in=
fra orationes in principio miſſæ. In quadrageſima tamẽ.
infra collectam ſuper populum uerſi ad chorum inclina
mus Et dum concluditur Per omnia ſecula ſeculorũ uer=
ſi ad altare ſtamus uſqꝫ ad bñdictionem, quam uerſi ad
chorum ſuſcipimus profunde inclinãtes & ſacerdoti ad
ſingula reſpondentes. Data benedictione pulſatur ſig=
num pro ſequenti hora, & ſtatim ebdomadarius uel eius
uicem tenens, dicit. Aue Maria, pro curſu beatæ uirginis
dicendo. Q; ſi curſus conuentualiter nõ eſt dicẽdus vni=
formiter nudo capite inclinamus uel proſternimur, ora=
tionem dñicam horæ ſequenti premittentes

## ¶ De his qui aliquid ſingulariter cãtant Cap. xxxij.

Qui aliquid ſingulariter cantare debent uel
legere, ſiue unus ſolus ſit, ſiue duo pariter.
nudo capite ſtantes ſine reclinatione id fa
ciunt, excepto ꝙ ſacerdos ebdomadarius
in diebus proſtrationis preces cum conuẽ
tu flexis genibus dicit. Qui tamen ſurgens anteqꝫ dicat
Dominus uobiſcum, ipſam ſalutationem cum oratione
eleuatiori uoce pronũciat. Qui lectionem lecturus ẽ,
taliter Iube domine incipiet, ut ſub eadem uoce lectionẽ
legere cõueniat, & prouideat ut ardens lucerna ſufficiat
pro ſequenti eiuſdẽ nocturni lectione. Cantor nuda=
to capite ſtans incipit officium miſſæ, pſalmodiam. Hym
nos Reſponſoria in ueſperis, & in quadrageſima etiam
in minoribus horis, & omnia in ꝓceſſionibus decantã=
da. Sed quando cõuentus ſtatim cum eo cantat, tecto ca=
pite incipere poteſt, ſcilicet Antiphonas poſt pſalmodiã,
& memorias ſiue ſuffragia in matutinis & in ueſperis, &
Kyrieleiſon dñicale, & in miſſis triũ lectionũ. Reſpõ=

ſoria quoq; in matutinis ſedens incipere poteſt tecto capite. Similiter omnia in uigilijs defunctorum (Magnificat & Benedictus exceptis) decantanda. Quando etiã ſunt aliqua flexis genibus cantanda, precentor ſtãdo incipit, & poſtmodum genu flectit. Iſta uidelicet. Veni creator ſpiritus. Salue ſancta parens, Offertorium, Aue maria, & ſic de alijs. Antiphonam tamen ad laudes beatiſſimæ uirginis poſt completorium, ſi cum alijs ad benedictionem genu flexerit, in genibus incipit. Quicunq; etiam aliquid cãtare habet, uel incipere, ante & poſt modice inclinat. Sed ſi plures uerſus habuerit id quod cantãdum eſt, tantum ante primum uerſum & ante Gloriã trinitatis, & omnibus finitis inclinat. Quã quidem Gloriam, ceteris inclinãtibus ipſi erecti decãtant. Qui autem ſimul aliquid in medio chori cantaturi ſunt, euntes & redeũtes, ſimul ante gradũ ſanctuarij inclinãt. Sic incipiendæ ſunt Antiphonnæ añ pſalmodiã ubi cõueniẽter fieri poteſt, ut tono pſalmodiæ terminus inchoationis. cõgruat. Et propter uniformitatem in omnibus cantandis, uel incipiẽdis. uirgula rubea in ſingulis libris, cui quiſq; cedere debet, eſt facienda.

¶ De modo & uniformitate cantandi.

IN omni cantu uniformitas uocum ſemper eſt obſeruanda, ita ut nemo audeat cantare aliquo gradu ſupra uel infra q̃ conuentus canit. Idcirco quãtum fieri poteſt moderandus eſt cantus ut omnibus conueniat.

Nec uitanda eſt eleuatio uel depoſitio tam infra pſalmodiam q̃ infra reliquum cãtum, cum extra metam uenerit cõgruentem. In maioribus tamen feſtis aliquãtulum ſolemnius & ferialibus diebus ſimplicius eſt cãtandum. Nullus fractis uocibus audeat curioſitatem uel leuitatem oſtendere, ſed plano & ſimplici modo qui grauitatem preferat omnis cãtus eſt depromendus. Propter

quod

quod nec organa iudicamus aliquo modo admittenda. Vitanda eſt etiam nimia protractio cantandi, ſicut & nimia feſtinantia, ut cuncta decenter & deuote compleãtur. In principijs horarꝫ uſqꝫ ad alleluya, poſt Gloria patri moderatius & circa humiliorem modum eſt pſallẽdum.

Inuitatorium, Reſponſoria in matutinis, Gradualia, Alleluya, uel Tractus, infra miſſam planiori & compendioſiori modo perſtringãtur, ſimiliter & quotidiana ſuffragia. Pſalmodia perfecte & diſtincte eſt perſoluẽda, cum plena pauſa omnium uocum in medio toni. ubi etiam cauendũ eſt, ne quis uocem protrahendo caudam faciat in pauſa, Formationes tamẽ tonorum tam in medio qꝫ in fine uerſus paulo tractius modulamur. Primam tamen dominicalem propter eius prolixitatem, & temporis breuitatem expeditius perſtringimus, ne hac occaſione a miſſarum celebratione retardemur Cantica euangelica ſcilicet Benedictus, Magnificat, & Nunc dimittis, moroſius & diſtinctius qꝫ alios pſalmos decantamus. Sanctus uero & Agnus dei infra miſſam ob reuerẽtiam ſuper omnem cantum moroſe & deuote decantamus. Offertorium & Cõmunionem ſine feſtinantia canimus. Exigentibus tamen cauſis occurrentibus poteſt quilibet cantus prout in conſtitutionibus cõtinetur ſuccinctius & expeditius terminari. Notandum preterea qꝫ in quibuſdam Antiphonis ſeptimi toni in lineis altioribus non cantatur ſecundum artem quãdoqꝫ & exigentiam notarum, ſed magis ſecũdum uſum, ut ſcilicet ffa in fffaut cantetur, ſicut mi in bfabmi propter congruentiorẽ melodiam, ſicut in Antiphona de ſancto Stephano In domino deo. Et de Innocentibus in Antiphona ſeptima Dicunt infantes, & de ſancta Agatha ſuper Magnificat in ſecundis ueſperis. Et in Antipbona Quomodo fiet iſtud. Et in Antiphona Qui manet in me. Et in Antiphonis

phonis de ſctō Philippo & Iacobo. Si cognouiſſetis me.
& Si mãſeritis in me. Et in Antiphona, Deſcendi in ortū.
& ſi que ſimiles fuerint

¶ De miſtratiõe ad miſſam cõuentualē Ca. ~~XXXIII~~.

Miniſtri ad miſſam conuentualē ablutis ma-
nibus tempeſtiue ſe preparare debent ne ſa
cerdoti moram faciant. In dñicis, In feſtis ix
lectionum & ſupra, & īfra octauas paſchæ
& pēthecoſtes, & in cõmemoratione beatæ
Mariæ uirginis ac ſancti ſpiritus & ſanctæ trinitatis ubi
plenus conuentus fuerit duo cum dalmaticis miniſtrāt.
Et in tribus principalibus officijs defunctorum, & in pre
ſentia funeris duo ſine dalmaticis. Alijs v̄o diebus unus
tantum ſine dalmatica miniſtrat. Sed in feſtis nouē pſal-
morum & in miſſa de commemoratione patroni ordinis
etiā cum dalmatica, Hi poſtquam induti fuerint añ ſacer
dotem ad miſſam introeunt, eo modo ut infra habetur
de celebratione miſſæ. Ceroferarij v̄o ſi in miniſterio ade
runt, cereis ardentibus ante miniſtros ordinate procedūt
& ſtatuant ſe ad dexteram & ad ſiniſtram miniſtrãtium
facientes confeſſionem cum eiſdem, Qua facta cereos al
taris accendunt ſuoſq; cereos extinguentes reponunt.
Subdiaconus quoq; tranſit ad dextrum cornu altaris reſ-
pondere ſacerdoti, & dyaconus euangeliarium ſuper ſi-
niſtrum cornu altaris ponit. Porro miniſtri dum mi-
niſterio ſuo non occupantur, non tamen leuiter exeant,
neq; ſecedant ad partem, ſed potius ſint in adiutorium
fratribus in choro canentibus, precipue ſi pauci preſen-
tes fuerint. Poſt offertorium tamen in ordine ſuo ſeduli- A debent
tis aſſiſtere celebranti, & interim nullus inter eos pertrāſi-
re. Sed ſi quis per ſanctuarium ire neceſſe habet, poſt ſub
dyaconum uel retro altare tranſeat. Quandocunq; aſ-
ſiſtunt in ſanctuario, nudo ſtant capite, niſi Prior in
hyeme

hyeme cum aliquibus diſpēſauerit. Ad miniſterium ſubdyaconi ſpectat calicem cum hoſtia & corporali nudum ad altare portare quem ambabus manibus pedem eius contra faciem ſuam tenendo reuerenter defert, inclinanſq; ſup altare ponit, & ſacerdoti calicē preparāti aſtat uinūq; & aquā miniſtrās, āpullaſq; ſeorſum reponēs. Qñ cūq; ſacerdos aliquid cātat dyaconus āte gradū altaris, & ſubdiaconus ſup gradū ſanctuarij ſtāt poſt tergum celebrātis. Et ſacerdote ſe trāſferente de medio altaris ad cornu, uel econuerſo, ipſi pariter ſe transferunt. Cum autē ſacerdos ſe uertit ad chorum dyaconus genu flectēs ſuper gradum & inclinās caſulam trahit deorſum, niſi Ite miſſa eſt dicturus fuerit. Miniſtri genu flectentes leuāt ante ſe ſacras ueſtes, ne maculentur. Non tamen genu flectūt nec inclinant cum choro, niſi ſacerdote genu flectente, uel ad ſacramētorum eleuationem. Si etiā in choro fuerint, in huiuſmodi ceteris ſe conforment. Tempore quadrageſimali in miſſa de feria uſq; ad cenā domini poſtq; ſacerdos premiſerit Oremus, Dyaconus genu flectendo ſubiūgit. Flectamus genua leuate. Similiter ferijs quartis & ſabbatis quatuor temporum in ſeptembri & in aduentu dñi. Finitis igitur collectis pro tēpore dicendis ſubdyaconus ante gradū ſanctuarij legat Epiſtolam, ſacerdote interim ſedente & dyacono ad dexteram eius. Finita Epiſtola, ſubdyaconus, uel ſi accoliti ſeruierint unus eorum tranſfert pulpitum ad locum euangelij. Diaconus lecturus Euāgelium ſumit librum de altari & ſuper pectus ſuum retinēs accipit benedictionem genu flexo ſuper gradum ad ſiniſtrum cornu altaris. Deinde uerſus aquilonē premiſſa ſalutatione pronuncians titulum, cruce ſignat euangelij codicem, frontem os & pectus. Deinde oſculatur Euāgelium ſignificās hoc ſe ex amore lecturum, & ſtatim inclinat ad altare. Extunc diſtincte

& reue-

& reuerenter legit Euangeliū, ſubdyacono ſtāte poſt ter-
gum ipſius ad dextrū cornu gradus altaris Qui ſi duplex
fuerit feſtum uel ſupra Infra euāgelium incenſum thuri-
buli uentilat. In initio uero dum titulus pronunciatur, &
in concluſione euangelij crebrius eleuata manu thurifi-
cat. Porro in maioribus duplicibus & in ſolemnibus fe-
ſtis, ceroferarij accenſis cereis ex aduerſo dyaconi, ſancto
euāgelio pariter aſſiſtunt. Quo finito, dyaconus porrigit
ſacerdoti codicem euangelij oſculādum. Sin uero Epiſ-
copus preſens fuerit, primo omnium liber defertur eidē
oſculādus, Deinde ſacerdoti, poſtea dyaconus oſculatur
& reponit librum in ſedem uel ſacriſtiā, Poſtq̄ ſacer-
dos offertorium dixerit, ſubdyaconus digitis eius aquam
infundit, atq̄ lintheolum porrigit. Eſtiuo tēpore quo-
tiens neceſſarium fuerit dyaconus aſtans ſacerdoti, muſ-
cas uel quoſlibet uermiſculos abigere debet ab altari &
a ſacerdote. Ceterum ad eleuationem ſanctiſſimi corpo-
ris & ſanguinis Chriſti, miniſtri genu flectētes ſuper al-
taris gradum caſulam pariter utraq̄ manu ſubleuant, dy
aconus ad ſiniſtram, & ſubdiaconus ad dextrā ſacerdo-
tis. Quod quidem obſequium ſolus dyaconus ſupplet
dum ſolus miniſtrat. Qui etiam poſt Agnus dei ſacerdo-
ti porrectā & ab eo ſuſceptā pacem prior ipſe deoſculans
ſubdyacono prebet oſculādam. Exhauſto ſancto calice,
ſubdyaconus parum uini infundit, quo facto tegumen-
to ampullæ ſignum facit pro cōmunione cātanda. Et dū
ſacerdoti ſecundario uinum infundit ad abluendos di-
gitos ſuper calicem. Interim dyaconus corporale compli
cans deſuper patenam cōponit, & pulpitum de altari de-
ponens librum de ſiniſtro ad dextrꝫ cornu reportat. Di-
ctis autē orationibus poſt cōmunionē dyaconus uertet
ſe cum ſacerdote & Ite miſſa eſt decātat. Quando autem
Gloria in excelſis nō cantatur, tunc non uertit ſe ſed ge-

nu flectēs

nu flectens ſacerdoti caſulam trahit, & Benedicamus do
mino, In miſſis autẽ defunctorꝝ Requieſcant in pace de=
cantat. Quo cantato ſi ſubdyaconus affuerit, manet dya=
conus in eodem loco, ſed ſubdyaconus trãſiens ad dextrꝫ
cornu altaris, calicem & patenam detergens inuoluit. Et
poſtq̃ ſacerdoti Gloria tibi dñe reſponderint pariter in=
clinãtes ad ſacriſtiam eodem ordine quo uenerint reuer=
tuntur, Ceroferarij uero ſi miniſtrãt. dũ Deo gracias cãta=
tur, cereis ſuis acceſſis ad cornua gradus altaris ſe collocãt,
donec ad ſacriſtiam ceteros trãſeuntes precedant. Porro ſi
ſolus dyaconus miniſtrauerit, ipſe etiam officium implet
ſubdyaconi, ſed uerſicularius ab ipſo pacem ſumens per
chorum circumfert. Idemq̃ uinum poſt ſumptionem ca
licis ſacerdoti infundit, & ſignum pro communione can
tanda facit. Quando plures ad eãdem miſſam cõmuni=
caturi ſunt, dyaconus uinum, cyphũ, uel calicem, & map
pam preparat, & ſtans ad ſiniſtrum cornu altaris, abluti=
onem cõmunicatis amminiſtrat.

## De miſſis cõuentualibus per annum diebus fe rialibus obſeruandis. Cap. XXXIIII.

IN aduentu domini officium dominicale
quotidie cãtatur exceptis quatuor tempori
bus & uigilia ſancti Andreæ apoſtoli cum
in aduentu domini uenerit, & ſancti Tho=
mæ apl̃i. Niſi etiam miſſa defunctorum ex
ſpeciali debito ſit cãtanda. Porro ſi uigilia ſancti Thomæ
uenerit in dñica uel in quatuor tẽporibus. Collecta tan=
tum de uigilia ad miſſam ſeruatur. Si i dñica de feſto ali=
quo cãtatum eſt. Epiſtola & Euangelium de dñica prius
ſeruatur infra ebdomadã q̃ de feria. Idem obſeruandum
eſt ceteris temporibus anni quãdo dies ferialis propriam
Epiſtolam & Euangelium habuerint. Quando pro
defunctis cãtatur miſſa, miſſa dñicalis in priuato legitur,

ſed non ex debito quãdo miſſa cãtatur de beata uirgine.

Idem obſeruetur poſt ſeptuageſimam & poſt octauas paſchæ quando ibidem miſſa defunctorum. ſiue de beata uirgine uenerit obſeruanda.

¶ Poſt octauas epyphaniæ

Poſt octauas epyphaniæ uſq; ad conuerſionem ſancti Pauli feria ſecunda quarta & ſexta, ſi horæ de tempore fuerint, miſſa de dñica frequentatur. Si uero iiſdem diebus de ſanctis proprio officio carentibus horæ cantãtur, miſſa de ipſis in cõmuni cãtatur. niſi miſſa defunctorũ ex ſpeciali debito eſſet cantãda, & miſſa dominicalis ꝓpter hoc ſi infra ebdomadam ſeruãda fuerit, nõ omittatur. Porro tertia feria de ſctõ ſpũ, & quinta de patrono ordinis cãtatur. Q; ſi quĩta feria nõ uacauerit & q̃rta uacãs fuerit ſiue de tp̃e ſiue de ſanctis horæ cãtentur. miſſa de patrono ordinis cãtatur Sabbato uero ſi uacauerit hore & miſſa de btã ꝟgine ſpecantãtur, alioquin ubi in kalẽdario ſignatũ fuerit. Miſſa q̃cq; defunctoꝝ. Si enĩ credimus ante cõuerſionem ſancti Pauli in cõuentu non cantatur.

Item Poſt cõuerſionem uero ſancti Pauli uſq; ad ſeptuageſimam poſtq̃; de dñica cantatum eſt. Prima die uacante infra ebdomadã niſi alia die eiuſdem ebdomadæ, preſens defunctus, debita ordinis uel ãniuerſarium occurrerint ſeruãda, miſſa pro defunctis in communi cãtatur, ſiue horæ de tempore fuerint, ſiue de ſanctis propriũ officium non habentibus. Quarta tamen & quinta feria uacãtibus, ſi tertia feria prima uacans feria fuerit, ibidem de ſancto ſpiritu, & quarta feria pro defunctis cãtatur. Alias ſecunda, quarta, & ſexta feriis ſi horæ de tẽpore fuerint miſſa dñicalis cantatur. Si uero de ſanctis, ꝓprio officio carentibus miſſa de ipſis in cõmuni cãtatur. Quarta tñ feria, ſi quinta feria non uacauerit de patrono ordinis miſſa ſeruatur, & non de ſanctis necq; de dñica, Porro tertia feria

tia feria de ſancto ſpiritu, & quinta feria de patrono ordinis miſſa cantatur, ſiue horæ de tempore fuerint ſiue de ſanctis proprio officio carentibus. Sabbato uero ſi uacauerit horæ & miſſa de beata uirgine cantãtur. Alioquin ubi in kalendario ſignatum fuerit

Poſt ſeptuageſimam uſq; ad caput ieiunij prima die uacante ut ſupra, miſſa pro defunctis cãtatur, & miſſa dominicalis legitur. Sabbato uel feria quīta, ſi ſabbato nõ uacauerit de beata ꝟgine. Ceteris diebus quãdo de feria ſeruatur, miſſa de dominica cãtatur. Sed tractus non repetitur poſtq̃ ſemel cantatus fuerit.

¶ Poſt octauas ſacramenti.

Poſt octauas ſacramẽti uſq; ad aduentũ domini ſexta feria ſi uacauerit ſemper de ſancta cruce miſſa cantatur, etiam ſi prima uacans feria fuerit, niſi ex debito ſpeciali miſſa defunctorum eſſet cantanda. Ceteris ferijs & feſtis proprinm officium nõ habentibus, miſſa per omnia ſeruatur, quemadmodum poſt conuerſionem ſancti Pauli uſq; ad Septuageſimam notatum eſt. Porro in miſſis de commemoratione ſanctæ Trinitatis Sacramenti, ſancti ſpiritus. Beatæ & glorioſæ uirginis Mariæ ac apoſtolorũ ceterorumq; non dicitur. Credo in conuentu, neq; in priuato, niſi in miſſa cõuentuali diei ſcilicet aut feſti huiuſmodi Credo eſſet merito dicendũ. Præterea ſciendũ quando ſacerdos aliquis primam miſſam ſuam celebrat, cantatur officium de ſancto ſpiritu, ſi ibidem non fuerit proprium officium diei. Semper tamen celebratur hæc miſſa cum ſolemnitate duplici niſi fuerit feſtum maioris ſolemnitatis. Et ad introitum ſacerdotis cãtatur Antiphona, Veni ſancte ſpiritus, flexis genibus, Ianuis chori apertis. Ad miſſam etiã ſubiungit Collectã de ſancto ſpiritu, & inſtructor eius aſſiſtit ei in officio dyaconatus.

## ¶ De numero collectarum. Cap. XXXV.

Inſo

G

# ORDINARIVS VVYNDESEMENSIS.

IN ſolẽnibus feſtis, In maioribus duplicibus,
In duplicibus & infra octauas ſolẽnes, & cę=
teris tp̄ibus prout in miſſali continetur Vna
collecta tantũ ad miſſam dicitur, niſi aliqua
alia annexa fuerit diei, que dicenda eſt ſub uno per dñm,
cum collecta diei. Si duę cõcurrerint, poſtea ſimul dicã=
tur. Pro p̄nti funere, ſi non fuerit ante miſſam diei ſepul=
tum, in tali miſſa ſecunda oratio pro eo dicitur, adiuncta
tertia pro temporum congruentia. Hoc eſt, illa generalis
collecta quę ad miſſam cõuentualem merito eſſet ſecun=
dum exigentiam temporis ſeruãda, niſi alia ſpecialis oc=
currerit preferenda. Verũtamen infra octauas natiuitatis
dñi. Epyphaniæ, Paſchæ, Aſcenſionis dñi, Penthecoſtes,
atq; Sacramẽti. tertia A cunctis. Et poſt ſeptuageſimam,
dominicis diebus uſq; ad paſcha Concede ſecũdum, ni=
ſi alia ſpecialis occurrat. Ceteris temporibus tres collectæ
ad miſſam cõuentualem dicantur. Si aliqua ſpecialis de
ſancto, uel pro aliqua perſona uel cauſa occurrerit, hec ſe
cundo loco dicitur, & tertia additur ut infra habetur. Si
duæ ſpeciales fuerint nulla additur. Si tres ſpeciales con=
currerint preter illam que de officio eſt additur quinta,
que infra pro tertia ponitur. Numerus enim impar com=
muniter ſeruandus eſt. Quãdo etiam de ſanctis cãtantur
horæ & non miſſa. de his collecta ad miſſam dicitur loco
ſecundo, & ſi non habuerint propriam ex cõmuni ſumi=
tur. Similiter quãdo de feria ſeruãtur horæ, & miſſa cãta=
tur aliunde, tunc ſecũda collecta de tempore dicitur, ſed
non in miſſa defunctorum. Qñ uero due miſſæ cantan=
tur, quarũ una eſt de feſto. Alia de feria, tũc ad miſſam fe=
rialem dicitur collecta de feſto ſed nõ econuerſo. Quãdo
autem collecta pro defunctis dicenda eſt, hæc erit penul=
tima uel añpenultimam ſi plures q̄ tres dicãtur. Ad pri=
uatas miſſas legit unuſquiſq; pro uoto ſuo, nullus tamẽ

numerum

numerum ſeptenarium excedat in collectis. Porro ꝓ pri
uatis cauſis aut perſonis non dicitur collecta in cōuentu,
niſi pro huiuſmodi fuerit iniuncta oratio.

De qualitate collectaꝝ ad miſſam dicendaꝝ

In aduentu domini quando de tempore cantatur. ſecun
da oratio de beata uirgine dicitur, tertia Omnipotēs ſem
piterne deus qui uiuorum, ſed in ferijs quatuor temporꝝ
tertia Pietate Si autem fuerit aliqua ſpecialis dicenda.
hec ſecundo loco dicitur, tertia de beata uirgine. Quan
do de ſancto aliquo cantatur, ſecunda oratio de domini
ca, Tertia de beata uirgine. In cōmemoratione beate Ma
riæ, ſecunda oratio de dñica, tertia Omnipotēs ſempiter
ne deus qui uiuorum, niſi alia occurrat preferēda. In uigi
lia natiuitatis dñi & deinceps uſq; ad octauas epyphanie
non dicuntur aliæ orationes ꝙ̄ de ſanctis illius temporis,
niſi ſpecialis cauſa occurrerit.

Poſt octauas epyphaniæ

Poſt octauas epyphanie uſq; ad purificationē, ſecun
da oratio de beata uirgine, tertia, Omnipotens ſempiter
ne deus qui uiuorum. Sed in dominica quando de ſan
ctis cantatur, ſecunda oratio de dominica. Tertia de bea
ta uirgine. In commemoratione beate Mariæ Secunda
oratio de dominica, niſi fuerit alia ſpecialis. Tertia, Om
nipotens ſempiterne deus qui uiuorum.

Poſt purificationem beatæ Mariæ uirginis dominicis
diebus ſi que fuerint, Secūda oratio pro pace, niſi alia oc
currerit preferenda. Tertia, Concede ſecundum. Quādo
in dominica de ſanctis cantatur. Secunda oratio de eadē
dominica. Tertia pro pace. In feſtis autem nouem lectio
num uel nouē pſalmorum uſq; ad caput ieiunij. Feria ſe
cunda, Secunda oratio pro Epiſcopo & plebe. Feria ter
tia de ſancto ſpiritu. Feria quarta & ſexta de dominica.
Feria quinta pro charitate, Tertia, A cunctis Sabbato de
beata

beata uirgine. Tertia Omnipotens ſempiterne deus qui uiuorum. Quando uero miſſa de beata uirgine cantatur Secunda oratio de dominica. Tertia Omnipotens ſempiterne deus qui uiuorum, niſi alia occurrerit merito preferenda. Si uero miſſa uel ſpecialis collecta de his dicatur, quorum nomina habentur in oratione A cunctis, tunc loco eius dicitur, Omnipotēs ſempiterne deus qui ui. Ferialibus diebus Feria ſecunda Secunda oratio, Deus ueniæ. Feria tertia, Deus cuius miſericordie. Feria quarta, Animabus. Feria quinta Fidelium. Feria ſexta Pro peccatis Tertia A cunctis. Sabbato, de btā uirgine. Tertia Omnipotens ſempiterne deus qui uiuoꝝ.

¶ In ieiunio

In ieiunio Ad miſſam ferialem. Feria ſecunda & quinta Secunda oratio Eccleſiæ tuæ. Feria tertia de ſancto ſpiritu. Feria quarta & ſexta, pro peccatis. Sabbato, de beata uirgine. Tertia, Pietate. Ad miſſam de ſanctis. Secunda orō ut ſupra de ſanctis poſt Purificationem, ſed quarta & ſexta ferijs Secunda oratio pro priore & congregatione ꝓpria, Omnipotēs ſempiterne deus. Tertia, A cunctis.

¶ Tempore paſchali.

Poſt octauas paſchæ uſq; ad aſcenſionem domini. Feria ſecunda & quarta Secūda oratio pro epiſcopo & plebe. Feria tertia, de ſancto ſpiritu. Feria quinta pro charitate. Feria ſexta de ſancta cruce. Tertia A cunctis. Sabbato, uel feria quinta quando de beata uirgine cantatur. Secūda oratio de dñica. Quando de ſanctis cantatur ſabbato, Secunda oratio de beata uirgine Tertia Omnipotēs ſempiterne deus qui uiuoꝝ, niſi fuerit alia preferenda

Notandu qd tpe Paſchali nuqz cantatur miſſa de beata vgine, niſi ferijs qntis, et ſabbatinis vacātibus.

¶ Per eſtatē poſt octauas penthecoſtes

Poſt octauas penthecoſtes, uſq; ad kalendas Auguſti. Dominicis diebus quando de tempore cantatur. Secunda oratio de ſancta Trinitate. Tertia Concede primū. Si

fuerit

fuerit aliqua ſpecialis, hec erit ſecunda. Tertia de ſancta Trinitate. Quādo autem miſſa de uigilijs ſanctorum in dominica cantatur. Kyrieleyſon & Sanctus ac Agnus dei dominicale dicuntur, & Secūda oratio de eadem dominica. Tertia oratio, & Prefatio de ſancta trinitate. Sed poſt kalendas Auguſti Tertia pro pace. Prefatio generalis. Si autem ante kalendas Auguſti plures fuerint collectæ ꝗ̄ tres. quarta collecta de trinitate. quinta, pro pace. Sed ſi uacatur, Secunda oratio pro pace, Tertia Concede primum. Poſt kalendas Auguſti, ſcilicet quādo incipitur liber Sapientiæ. dn̄icis diebus quādo de tempore ſeruatur. Secunda oratio, pro pace, niſi fuerit alia ſpecialis, Tertia Concede ſecundum. Quādo uero de ſanctis in dominica cantatur, poſt octauas ſacramēti uſqꝫ ad aduentum domini. Secunda oratio de eadem dominica, niſi uacaret. Tertia pro pace. Sed ſi uacatur, Secūda pro pace, tertia, Concede primum. In feſtis nouem lectionū infra ebdomadā aut nouem pſalmorum. Feria ſecunda, Secunda oratio pro charitate. Feria tertia. de ſancto ſpiritu. Feria quarta de dn̄ica. Feria quinta de ſacramento. Feria ſexta de ſancta cruce. Tertia A cūctis. Sabbato, Secunda oratio de beata uirgine. Sed ſi miſſa de beata uirgine cātatur Secunda oratio de dominica. Tertia, Omnipotēs ſempiterne deus qui uiuorum. In ebdomada tamen uacante, ſi feria quarta uel ſabbato ſeruatur de domina. Secunda oratio erit pro priore & cōgregatione. Omnipotēs ſempiterne, mutatis nominibus Antiſtitis & plebis, ī nomina prioris & cōgregationis. Qꝫ ſi nec miſſa, nec ſecunda oratio de beata uirgine cantatur, tunc tertia oratio A cunctis eſt tenenda, niſi alia fuerit preferenda.

Ferialibus diebus Feria ſecunda Secūda oratio Deus ueniæ. Feria tertia, Deus cuius miſericordiæ. Feria quarta Animabus. Feria quinta Fidelium. Feria ſexta de

ſancta

ſancta cruce. Sed ſi miſſa fuerit de ſancta cruce. Secunda oratio de tempore uel de ſanctis unde horæ ſeruantur. Si non fuerit propria ex cōmuni ſumatur. Tertia A cunctis Sabbato, ſecūda oratio de beata uirgiue. Tertia Omnipotens ſempiterne deus Sed in miſſis de uigilijs ſanctorū, & in ferijs quatuor temporꝝ. Tertia oratio Pietate.

¶ De Collectis in miſſis defunctorum

IN preſentia funeris In anniuerſarijs & in exequijs defunctorum. Prima oratio pro ipſo uel ipſis, pro quo ul' quibus cantatur miſſa. Secūda orō Deus ueniæ, niſi alterius memoria ſpecialis ſecūdo loco occurrat. Tertia Animabus. Sed ſi ſpecialis occurrerit Tertia Fidelium. Qꝫ ſi debitum ordinis & Anniuerſariū ſimul concurrerint. Prima oratio pro debito ordinis Secunda pro Anniuerſario Tertia Fidelium. Si uero debitum ordinis tātum ul' Anniuerſarium tātum occurrerit ſeruādum Secunda oratio Deus ueniæ. Tertia Animabus. Si autem preſens funus, debitum ordinis, & anniuerſarium ſimul concurrerint. Prima oratio pro preſenti funere, ſecunda, pro debito ordinis, tertia & ultima pro anniuerſatio. Si nullius occurrerit memoria ſpecialis. Prima oratio ſemꝑ Deus ueniæ, Secunda Deus cuius miſericordie. Tertia Fidelium. Sed q̃ncunqꝫ oratio deus ueniæ dicitur abſqꝫ orōne Deus cuius miſericordiæ, tertia ſemꝑ Aīabus. Alias, tertia ſemper Fidelium, tā ad uigilias q̃ ad miſſam Excepta miſſa communis commemorationis defunctorꝝ ſcilicet Officiū Si eñ, q̃n dicitur, tūc tertia erit Oīpotēs ſempiterne deus qui uiuorꝝ, niſi alicuius ſpecialis memoria eſſet facienda, & tunc tertia erit Animabus. In die cōmemorationis animarꝝ ſi nullius occurrerit memoria ſpecialis faciēda ſola orō Fideliū ſeruatur. Si autē alicuius memoria ſpecialis occurrerit, duæ tm̄ collectæ ſeruantur, Prima Fidelium. Secūda orō pro ſpeciali debito. Si ibidē preſens

defunctus

apd nos alit' ſuat'

defunctus. Debitũ ordinis & Anniuerſarium occurrerit, quatuor collectæ ſeruãtur. In ſolemni cõmemoratione defunctorũ poſt octauas epyphaniæ & Sacramenti, orõnes per oĩa ſeruãtur, quẽadmodum poſt octauas epyphaniæ ſignatũ eſt. Ceteris tpibus ãni tres tãtum collecte ſeruãtur tam ad uigilias ꝙ̃ ad miſſas defunctorum.

## De prima miſſa cuſtodienda, Cap. XXXVI.

INfra octauas ſolemnes, qñ non ſeruatur de feſto cuius ſunt octauæ, tunc ebdomadarius primæ miſſæ prouidebit miſſam legendã de ipſo feſto. Quãdo etiã de ſctõ aliquo officiũ ꝓprium habetur, quod in conuentu non canitur, ipẽ officium illud ſeruandũ cuſtodit, nõ tamen in die ſolemni. Similiter qñ in dñica nõ cãtatur, miſſa dñicalis, ipſe miſſam dñicalẽ cuſtodiet, exceptis maioribus duplicibus & ſupra. Verũtamen in dñicis aduentus dñi. Septuageſimæ Sexageſimæ & quinquageſimæ, qñ in ipſis feſtũ maius duplex uel ſupra uenerit. In octaua quoqꝫ paſchæ, & omnibus dñicis paſchæ, ꝓpter eminentiã ipſarꝫ dñicarum de ipſis dñicis miſſam legendã ꝓuidebit. Alias ꝑ totũ annũ Feria ſecũda, miſſam ꝓ defunctis & Sabbato de btã uirgine ꝓuidebit, niſi his diebus fuerit feſtũ duplex uel ſupra, uel infra octauas ſolemnes, uel in ebdomada palmarum Sed quando in cõuentu miſſa cantatur pro defunctis, ipſe miſſam pro uiuis que in cõuentu cantãda fuiſſet prouidebit. Attamen ſemel in ebdomada miſſam leget defunctorum, niſi fuerit infra octauas ſolemnes, & niſi poſt octauas ſolemnes in eadem ebdomada nulla dies vacauerit in qua miſſam defunctorꝫ legere poſſet. Signatus quoqꝫ ꝓ miſſa tricenarij currẽtis nõ ꝑtermittat qui ſemel adhuc infra ebdomadam legat miſſam defunctorꝫ, ſi tñ ſecundũ formam ſupradictam legenda fuerit. Si etiã Sabbato miſſa beatæ uirginis

uirginis conuentualiter cantatur, ipſe poteſt aliunde ce=
lebrare. Quando uero duæ miſſæ cantãtur in conuē=
tu, ipſe minorem cuſtodiet. Si autem altera miſſarum ad
priorem ſpectauerit, tunc ebdomadarius miſſæ conuen=
tualis minorem etiam ſi legenda fuerit prouidebit, prout
in ſtatutis Capittulo de ebdomadario habetur. Cæteris
diebus miſſa pro uoto celebrantis ſeruatur. Porro ebdo=
madarius primæ miſſe poteſt ſoluere debitum ordinis cū
miſſis concurrentibus, excepta miſſa defunctorum, &
miſſa illa que ut premittitur quando in conuentu pro de
functis cantatur, fuiſſet cantanda pro uiuis, dummodo
ſpecialem collectam addat, & oblatio pro eodem debito
fiat. Qui etiā non debet ſignari pro miſſa tricenarij, dum
alia ſpecialis ſecundum ordinarium occurrerit ei legēda

## ¶ De modo celebrandi officium miſſæ Cap. xxxvij,

Cantaturus miſſam in conuentu ſtudeat
ſe tempeſtiue cum miniſtris preparare, ne
mora propter ipſum in choro fiat. Qui eti
am quando curſus ante miſſam incipitur
ordinate exeunt de choro, uel ſi curſus nō
dicitur in conuentu tunc poſt ſecundum Gloria in pſal=
mo horæ precedētis miſſam preſbiter exire poteſt. Mini=
ſtri autem poſt tertium Gloria exibunt. In quadrageſima
uero uſq; ad cenam domini poſt capittulum horæ prece=
dentis miſſam. In cena quoq; domini & in paraſceue, cū
legitur Clamaui in toto corde ſacerdos & miniſtri ſimul
exeunt, porro celebrans finita miſſa ſi curſus beate uirgi=
nis Mariæ conuentualiter in choro dicitur, poſt primum
Gloria patri pſalmodie. Si uero idē curſus in priuato dici
tur. Poſt ſecundum Gloria patri ad chorum reuertitur.
Miniſtri autem quãtocius ad chorum properant. Igitur ce=
lebraturus primo, exuens exuenda, abluit ſe & ſacris ue=

ſtibus

ſtibus iduit. Sint etiã duo manutergia in ſacriſtia uel tria, e quibus unũ deputatur ſacerdoti poſt miſſam. Aliud uł alia ſacerdoti & miniſtris ante miſſam. In hoc lauatorio cõmunis ablutio eſt uitanda. Qui enim ad celebrãdum uel ad miniſtrandum accedũt, ſi quid indecens tractaue rũt prius alibi ſe abluãt ut lauatoriũ ſacriſtiæ in reuerẽtia teneatur. Debet autẽ unus de iunioribus ſacerdoti & miniſtris obſequioſus aſſiſtere qui poſtq̃ pro miſſa ſignum fecerit ad ſacriſtiam properat, & cinctis miniſtris cereos accendit. Accenduntur autem cerei anteq̃ ſacerdos ad altare aſcendit. Ita autem ſuccingendi ſunt miniſtri altaris ut ueſtimẽta eorum ſacris ueſtibus tegantur. Hoc precauto, ne ſacræ ueſtes ſuper terram defluant. Sacriſta uero debet pulpitum ad gradum preſbiterij componere, & altare ante horam que miſſam precedit preparare. Indutus autem ſacerdos cum reuerentia procedit ad altare manibus coniunctis legens hunc pſalmum. Iudica me deus cum gloria miniſtris precedentibus. In primo uidelicet ſubdyaconus. Deinde dyaconus portans euangelium ante pectus, ſtetq̃ ſubdyaconus ad ſiniſtram partem ante gradum altaris, & dyaconus ad dexteram, etiã cum ſolus miniſtrat. In medio autem ſacerdos. Ibiq̃ pariter inclinantes dicant confeſſionem. Hunc ordinem procedẽdi & ſtandi ſeruabunt ſacerdos & miniſtri ad quecumq̃ agenda proceſſerint. Qui autem priuatim miſſam legit procedẽs ad altare portat ſecum calicem, oblatam & corporale dicens pſalmum Iudica me deus, & miniſter librum & ampullas. Cumq̃ uenerint ad altare miniſter accedens cereum collocat in dextro cornu altaris. Sacerdos autem inclinat ad altare anteq̃ aſcendat, & ſtatim explicans corporale preparat calicem infundens uinum & aquam, dicens. Fiat hæc commixtio, &c. Ponenſq̃ calicẽ ſub corporali a parte dextera ſuperponit pathenam cum

oblata,

oblata,& deſuper corporale minus. replicans ante ſe par=
tem corporalis,& ſic deſcendens iūctis manibus dicit cō
feſſionem ante gradum altaris. In hyeme tamen propter
congelationem,& quando nouum uel turbidum fuerit
uinum. poteſt hec preparatio calicis differri uſq; poſt euā
gelium,uel poſt offertorium. Qui autem miſſam cōuen
tualem cantat, hāc preparationem infra Kyrieleiſon, uel
Gloria in excelſis, ſiue poſt Epiſtolam, aut infra Credo fa
cere poteſt. Corporalia de lineo pāno mundo & ſubtili=
ſiant duplicia, que diuidātur in duas plicas in directum,
& in tres per trāſuerſum, cuius pars integra uerſus meri=
diem collocatur, paruum quoq; corporale eiuſdem gene
ris ſit quo calix operiri poſſit. Preter hec habeatur ſaccel=
lus ſeu lintheum quo calix inuoluatur. Aliud quoq; lin=
theolum ad pathenam inuoluendam cum quo etiam ca
lix poſt cōmunionem & ablutionem & digiti ſacerdotis
deterguntur, quod exinde in reuerentia habetur, nec le=
uiter tangitur, uel abluitur niſi ab his qui in ſacris ſunt cō
ſtituti, cuius etiam prima ablutio in piſcinam funditur.
Aliud etiam paruum manutergium iuxta altare appen=
ditur quo digiti ſacerdotis poſt Offertorium terguntur.
Ad omnia predicta caueatur ne quod cruentum uel im=
mundum his tergatur. Sed & aliud inſuper libro appen=
ditur quo fluxus narium aut ſputum, & ſi quid aliud pro
fluxerit detergatur. Sacerdos deniq; confeſſionem dictu
rus ante gradum altaris cum miniſtris profunde incli=
nans primo repetit uerſum pſalmi dicens. Et introibo.
Confitemini domino. Confiteor deo celi &c̄. Dicendo
ſemper Et uobis fratres &c̄. in numero plurali, quaſi ad
uniuerſos eccleſiæ filios, licet niſi unus miniſtrans aſtare
uideatur Tunditq; pectus cum dicit. Mea culpa, Mini=
ſtri uero & quicūq; confitentes tam in priuata q̃ in gene
rali confeſſione dicunt, tibi pater In numero ſingulari. Et
ideo

ideo precor te ora pro me Subiungit ſacerdos miſereatur ueſtri &c̄. & ſupplicat manibus cum dicit Oremus Indulgentiam, & cum cōcludit. Omipotens & miſericors dn̄s, Ab occultis & dn̄e exaudi, Dn̄s uobiſcū. Deīde ſupplicās dicit Oremus Aufer a nobis, hoc dicendo erigens ſignat ſe & aſcendit ad altare, factoq; ſigno ſuper medium altaris eoq; oſculato concludit coniunctis manibus Per Chriſtum dominum noſtrum Amē. Tūc accedēs ad cornu altaris dextrum & aperiens librum ſupplicat & dicit. Tuā crucē adoramus. Oſculata cruce ſupplicādo ſubiungit Miſere noſtri qui paſſus es pro nobis Qui priuatas miſſas legunt ita moderentur uoces ſuas & miniſtri eorum, ne per eos alij celebrātes impediantur. Habito deinde introitu, premittit. Adiutorium noſtrꝫ in nomīe domini. Deinde legit Introitum, Ad introitum uero Salue ſancta parens, parumper genua flectit, & nō alias. Infra Gloria patri, capite inclinat. Dicto uero Introitu, & Kyrieleyſon cū miniſtro procedens ad medium altaris ſeiunctis manibus ſubiūgit Gloria in excelſis deo, ſi dicendū fuerit, & in pronunciatione illius uerbi Deo, iterꝫ iūctis manibus hoc cāticum ꝓſequitur. Ad adoramus te, & ad nomen Iheſus, & ad ſuſcipe deprecationem noſtrā capite inclinat Salutaturus populū uel cōuentum Sacerdos ad mediū altaris inclinās uertit ſe ad populum. & manibus ſupplicationem faciens, dicit. dn̄s uobiſcum, & ſic iūctis manibus reuertit ſe ad librum, & orationē lecturus, premittit Oremus cum ſupplicatione manuū. Legit autem orōnem manibus diſiunctis & parūper eleuatis. Cumq; cōcludit orationē dicens, Per dn̄m noſtrꝫ &c̄. ſupplicationē facit, & diſiunctis manibus iterꝫ dicit Qui tecum uiuit &c̄. & ad Per oīa ſecula ſeculorꝫ, iterum ſupplicationem facit. Eodem modo facit ad ceteras orationes & ad Complendas Finitis orōnibus inclinat ad altare & ſedet

in preſbi

6. Junij ā.° 1608. placuit Cōuentui vt 2. verſus bcz. Audi nos et Salua nos in ſequentia Aue p̄clara, in genibus decantentur. .-

in preſbiterio ſubdyacono legente lectionem uel Epiſtolam. Dum autem chorus cātat Graduale cū ſequentibus ſacerdos ſedere poteſt, & in miſſali ſibi porrecto, uł rediens ad altare legere que a conuentu decantātur, Ad euāgelium dyacono petēte benedictionem ſtat ſacerdos ad dextrum cornu altaris, et uerſus ad dyaconū dat ei benedictionem dicens. Dominus ſit in corde tuo &c̄ cū ſigno crucis concludēdo. Et dum pronunciatur titulus ſignat ſe unico ſigno crucis, & dum canitur, Gloria tibi domine uerſus ad altare reuerenter inclinat. Et infra Euāgelium ſtat manibus coniunctis uerſus ad dyaconū ſed dū Euāgelium concluditur, procedit ad medium altaris, & eo finito dicit. Deo gracias Per euāgelica dicta deleantur noſtra delicta, Et porrecto ſibi libro a dyacono oſculatur Euangelium. Qui autem per ſe legit euangelium ſtans āte medium altaris dicit. Dominus ſit in corde meo &c̄. ſignans ſe ſigno ſanctæ crucis. Deinde uerſus ad aquilonem, iūctis manibus premittit ſalutationem dicens, Dominus uobiſcum. Et dum ꝓnunciat titulū, ſignat euāgelium, frōtem, os & pectus, & oſculato euāgelio. cū reſpōdetur a miniſtro Gloria tibi domine. Inclinat ad altare. Deinde iunctis manibus legit euangelium. Quo finito dicit. Deo gracias. Per euāgelica dicta &c̄. ut ſupra. & oſculatur euangelium. Poſtea ſi Credo dicendum eſt incipit in medio altaris diſiunctis manibus. Et cum pronunciat deum, iterum coniungit eas, & ſic ſymbolum proſequitur. Ad uerſum Et incarnatus eſt, genua flectit, uſq; Et reſurrexit. Qui autem cantat miſſam tātum genu flectit cum cōuentu. Deide ſalutans populum ſupplicat ut ſupra. & uerſus ad librum legit. Offertorium. Quo dicto & corporali explicato ad dextrum cornu altaris abluit digitos dicens, Lauabo inter innocentes &c̄. Deinde procedēs ad medium altaris detegit calicem dicens, In noīe

patris

patris & filij & ſpiritus ſancti, Et cum dicit Quid retribuam domino, leuatis manibus ſupplicat. ſumitq; medium calicis cũ dextera & pedem eius cũ ſiniſtra dicens. Calicẽ ſalutaris &c̃. Et leuãs parumper calicẽ cum oblata ſubiũgit. In ſpũ humilitatis, & cũ dicit Et placeat tibi dñe deus, facit ſignum cũ calice. Ipſumq; deponens ſuſcipit pathenã & ponit oblatã inter ſe & calicem, & pathenam ſub corporali ad dexteram. Statimq; tegit calicem cum minori corporali. Deinde eleuatis manibus ſupplicat dicens. Veni inuiſibilis ſanctificator omnipotẽs eter. deus, & dicens Benedic & ſanctifica &c̃. ſignat ſuper utrumq;, & concludens Per Chriſtum dominum noſtrũ ſupplicat manibus. Hic & in omnibus orationibus canonis. Et notandum, quandocũq; utrumq; ſignatur. Prima pars crucis trahitur per directum calicis & hoſtiæ, & ſecũda per tranſuerſum inter utrũq;. Deinde iũctis manibus profunde inclinãs dicit. Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem. Qua finita inclinat ad altare, & uertẽs ſe ad populum ſupplicando manibus dicit, Orate pro me peccatore fratres, & reuertens per ſiniſtrã dicit conſequẽter. Vt meum pariter & ueſtrum. Et notandum q; uertens ſe ſacerdos ſemper eadem uia reuertitur, hac uice dumtaxat excepta. Deinde habita ſecreta ſtans in medio altaris dicit. Dñe exaudi orationem meã. Et clamor meus &c̃. Et ſupplicans manibus dicit Oremus, Deinde uerſus librũ iunctis manibus legit ſub ſilẽtio ſecretas. Quibus dictis, ante ultimum per dominum, habita prefatione ſtans in medio altaris concludit eas manibus ſupplicando dicẽs, Per dñm noſtrum &c̃. Aperta uoce diſiunctiſq; manibus cantans uel dicens, Per omnia ſecula ſeculorum, & que ſequũtur coniungit uero manus dicẽs, Dño deo noſtro, Deinde diſiunctis manibus totã prefationem dicit ſupplicando manibus, dum dicit, Chriſtũ dominũ noſtrum.

& concludendo, dicentes. Porro iūctis manibus ante pectus legit Sanctus, ſanctus. ſanctus dn̄s. ſignans ſe ſigno ſanctæ crucis, dū dicit Benedictus qui uenit, ſupplicando manibus dum concludit Oſanna in excelſis. Deinde habito canone oſculatur corporale ante ſe & crucē in libro depictam. Tanto autem moderamine ſacerdos canonem perficit, ut cum ſanctus ſolemniori nota cantatur anteq̄ꝫ finiatur & memoriam compleat & conſecrationem corporis dominici non attingat.

¶ De Canone miſſæ

Deinde iunctis manibus profunde inclinat dicens. Te igitur clementiſſime pater, uſq̄ꝫ dum Petimus, & erigens ſe diſiunctis manibus dicit. Vti accepta habeas, ſignando ter ſuper utrumq̄ꝫ dum dicit. Hec dona, hec munera, hec ſancta ſacrificia illibata. Nota quādocūq̄ꝫ ſigna facit uel quando calicem detegit ſiniſtram ſuper corporale deponit. Ex hic per totum canonem ſtat manibus diſiunctis, quibuſdam paſſibus exceptis. Nam infra memorias tam uiuorum q̄ꝫ mortuorum ſtat iunctis manibus ante pectus, & ſupplicat manibus concludendo Eterno deo uiuo & uero. Hanc igitur oblationem legit profunde inclinādo Erectus uero ſubiungit. Quam oblationem &c̄ ſignando ter ſuper utrunq̄ꝫ. cum dicit. Bene dictam Aſſcrip tam. Ratam racionabilem acceptabilemq̄ꝫ, & cum dicit Cor pus, ſignat ſuper oblatam. & San guis, ſuper calicē, & leuatis oculis in altum ſupplicat manibus, dicendo. Fiat dilectiſſimi filij tui dn̄i noſtri Iheſu Chriſti. Deīde tergens primos digitos utriuſq̄ꝫ manus ſuper corporale dicit. Qui pridie q̄ꝫ &c̄ Et accipiens hoſtiā cum digitis primis utriuſq̄ꝫ manus, dicit Accepit panem in ſanctas ac uenerabiles manus ſuas. Deinde reſpiciēs ſurſum dicit. Et eleuatis oculis in celum ad te deum patrem ſuum omnipotētem, & remittens

mittens faciem, tenenſq; hoſtiam in ſiniſtra ſignat ſuper eam cum dicit. Bene dixit. Deinde tenẽs eam utraq; manu ſubiungit dicens. Fregit dedit diſcipulis ſuis. Et paulatim ſe ad hoſtiam inclinãs dicit. Accipite & mãducate. Dicta conſecratione parumper genuflectens reuerenter adorat. Et ſtatim erectus eleuat ſacrum corpus tam alte ut ab omnibus uideri poſſit, & ſtatim remittens collocat ad locũ ſuum. Ac parumper ut ante genu flectẽs & manibus ſupplicans reuerenter adorat. Poſt hoc uſq; ad ablutionem digitos hos niſi ſigna facturus non diſiungat, nec quicq; cũ eis niſi tm̃ corpus dñicum tãgere preſumat. Semper autem poſtq; corpus ſanctum tetigerit, priores digitos ſupra calicem ſimul terẽdo purgat, ut ſi quid adheſerit in ipſum decidat. Deinde calicẽ detegens hoc modo ſuperpoſitis digitis s dicit. Simili modo poſtquam cenatum eſt accipiens & hunc preclarum calicem &c̃. ſumitq; utraq; manu calicẽ, primis duobus digitis utriuſq; manus intra oram poſitis, & paululum eleuans reponit eum dicens. Item tibi gracias agens, ſignatq; ſuper eum dicens. Bene dixit Et ſubiungens Dedit diſcipulis ſuis dicens. Accipite &c̃ ſumit dextera medium, & ſiniſtra pedem calicis ad ſe parum paulatim calicem deducendo Et parum ſe inclinans uerſus calicem conſecrat dicens. Hic eſt enim calix ſanguinis &c̃. Dicta conſecratione parũper genu flectens reuerẽter adorat, cubitis ſuper altare reclinatis, erectuſq; eleuat calicem tam alte ut cyphus eius ultra caput eius appareat, ſtatimq; reponit, & tegit calicem dicens. Hec quotienſcumq; feceritis in mei memoriam facietis. Manibus deniq; ad altitudinem ſcapularum expanſis ſubiungit dicens. Vnde & memores domine &c̃. remittenſq; manus cum dicit. De tuis donis ac datis, ſignat ter ſuper utrumq; dicens. Hoſtiam puram, Hoſtiam ſanctam. Hoſtiam immaculatã.

culatam. Semel autem ſuper corpus ſolũ dicendo Panẽ ſanctum uitæ eternæ, & ſemel ſuper calicẽ ſolum dicendo Et calicem ſalutis perpetuæ Inclinans deniq; profunde cancellatis manibus in medium crucis ſupposita ſiniſtra dicit Supplices te rogamus &c̃. Et oſculato corporali erigit ſe & ſignat ſuper corpus dicendo Sacro ſanctum filij tui cor pus, & ſuper calicem dicẽs, & ſan guinem ſumpſerimus. Inſuper & ſignat ſeipſum dicens. Omni benectione celeſti. Tũdit quoq; pectus cum dicit Nobis quoq; peccatoribus Signat etiam ter ſuper utrũq; dicendo Sancti ficas Viui ficas. Bene dicis. Et ſtatim detegens calicem poſtq; ſupplicationem fecerit. reuerẽter ſumit hoſtiam cum dicit. Et preſtas nobis. Deinde ſiniſtra manu poſita ſuper pedem calicis ſignat cum corpore ſuper calicem large extra dicens. Per ipſum. De ora in oram d, Et cum ipſo Intra oram dicens Et in ipſo. Iterum ſuper calicem ſicut primo large extra dicens Eſt tibi deo patri omnipotenti. Vltimo a medio calicis contra ſeipſum dicendo primũ tractum. Secundũ uero ante ipſum calicẽ dicens. In vnitate ſpiritus ſancti. Deinde tangens cum corpore calicem intra oram dicit Omnis honor & gloria. Deinde ſumit corpus primis duobus digitis utriuſq; manus ſupra calicem, reliquis extra calicem dimiſſis, leuatq; ſic calicem cum corpore, & ſtatim reponit dicens. Per omnia ſecula ſeculorum. Et cõtinuo reponit dextera manu corpus, & tritis digitis ſupra calicem tegit ipſum dicens, Oremus preceptis ſalutaribus moniti, tãgitq; pectus cũ dixerit, Debita noſtra, Cum autem in miſſa cõuentuali & in miſſis priuatis miniſtri reſpõderint Sed libera nos a malo. ſumit pathenam poſt orationem dominicam, reſpondens Amen. Et poteſt celebrãs contentari cum reſponſione dyaconi in fine pater noſter Sed libera nos a malo.

& ad

& ad Pax domini, non expectando reſponſionem chori. Extendenſq; brachium leuat pathenam quaſi ad altitudinem capitis dicens, Libera nos queſumus domine &c. Oſculaturq; pathenã, cum dixerit Pacem in diebus noſtris. Signanſq; ſeipſum cum pathena poſtmodum tergit eam ſub corporali, ſupponenſq; eam hoſtiæ ſanctæ, diſcoopertoq; calice inclinans adorat, & ſumit corpus digitis dexteræ & leuata pathena cum reliquis digitis utriuſq; manus ponit eam ad pedem calicis ante ſe uel ad latus ipſius ſi fuerint ibi plures hoſtiæ. Deĩde leuat corpus ſupra calicem & digitis utriuſq; manus frangit hoſtiam per medium a ſummo deorſum dicens. Per eundem dominum noſtrum Iheſum Chriſtum. Ponitq; partem que in dextera eſt ſuper pathenã, & iterum frangit reliquam partem per medium dicens Qui tecum uiuit & regnat. Ponitq; partem que in ſiniſtra eſt ſuper illam quam prius poſuit dicens In unitate ſpiritus ſancti deus. Deinde leuat calicem utraq; manu, tenens in dextera eãdem partem, dicens per omnia ſecula ſeculorꝫ, Reſpõſo per dyaconum uel miniſtrꝫ Amẽ, ſignat ter intra calicem cũ eadem parte digitis duobus ſiniſtræ ſuperpoſitis oræ calicis dicens, Pax domini ſit ſemper uobiſ cum, Reſponſo Et cum ſpiritu tuo, dicit ter Agnus dei, ter leuãdo calicem utraq; manu, tenens corpus domini in dextera. Si autẽ miſſa pro defunctis fuerit, non dicit miſerere nobis, Sed dona eis requiem, tertia uice ſubiungens ſempiternam. Deinde mittit partẽ que in dextera eſt in calicem cõmiſcens ſanguini & dicens Fiat hec commixtio & cõſecratio &c. teritq; digitos ſuper calicem ac tegit ipſum. Et profunde inclinans dicit orationem ſequentem ſcilicet Domine Ieſu Chriſte qui dixiſti &c. & cũ dixerit coadunare dignare, oſculatur ante ſe corporale Et orõne concluſa cum ſupplicatione manuũ, uertit ſe ad miniſtrũ

manibus cancellatis & dato oſculo dicit Pax tibi & eccleſiæ dei habete uinculũ. Verũtamen in miſſa defunctorũ nõ dicit orõnem predictã, nec porrigit oſculũ pacis Deinde uerſus ad ſacrũ corpus ꝓfunde inclinat dicens Dñe Ieſu Chriſte fili dei uiui & perceptio corporis & ſanguinis tui Poſt has orõnes cũ inclinatione breui meditatione facta, cũ ſumma reuerẽtia erigẽs ſe, ſumit patenã utraqꝫ manu digitis prioribus ſuprapoſitis dicẽs Panem celeſtem accipiam. Et reclinãs cubitis ſuper altare dicit, Domine non ſum dignus. Quo dicto paululũ genu flectens inclinando ſumit corpus domini de patena cũ lingua, dimittitqꝫ patenam ſuper corporale, & erectus manibus iunctis añ pectus inſumit ſacrum corpus & poſtea dicit Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti. Quo dicto inclinat profunde dicens Quid retribuã dño. Et erectus detegit calicem & ſumens eum utraqꝫ manu dicit Calicem ſalutaris accipiam & ſignat ſe cum calice dicens. Laudans inuocabo dominum Deinde haurit ſemel cũ modeſtia, & ſtatim ſupponit ori calicem, & iterum ac tertio ſumens, tenet calicẽ ante ſe dicens Sanguis domini noſtri Ieſu Chriſti Ac deinde modico uino infuſo & exhauſto reponit calicem ad dexterum cornu altaris dicens hãc orationem Corpus tuum dñe. Et complicato corporali uel dyacono illud cõplicãdum relinquens cũ dicit Qui uiuis & regnas inclinãs in medio altaris procedit ad dextrũ cornu, & deterſa patena cum pollice ſuper calicem reponit eam ſuper corporale dicens conſequenter orationẽ, Quod ore ſumpſimus. Interim miniſtro ſonũ faciente cum ãpulla, cõuentus cãtat cõmunionem. Ablutiſqꝫ digitis & exterſis iterũ reuertitur ad medium altaris, & ſumpta ablutione, reclinat calicem ſupra patenã. Si autẽ aliquis uel aliqui fuerit cõmunicaturi ſigno ſolito dimiſſo, communio cantãda differtur quoaduſqꝫ communicatio peracta fuerit. Celebrans

brans uero poſt oratione͂ Corpus tuum dn͂e ſepoſito calice, ſumit corpus dn͂i cum patena, & uertens ſe ad co͂municādos, tradit ſingulis ſacrum corpus dice͂s, Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti &c̄. ſignatq; ſingulos ſigno ſactæ crucis Peracta co͂munione & corporali co͂plicato, procedit ad dextrū cornu altaris & deterſam patenā cum pollice ſuper calicem u l' ſi neceſſe fuerit propter aliquā adheſionem etiā uino ſupfuſo ablutā reponit ſup corporale, & more ſolito co͂plet ablutione͂. Deinde p̄cede͂s ad libꝝ & lege͂s co͂munione͂ reuertitur ad medium altaris, & inclinās uertit ſe ad chorum uel populum ſalutandum, & iterum reuerſus ad librum, co͂plet orationes eodem ordine quo prius. Et cum uenerit ad ultimam concluſionem ante qui tecum uiuit & regnat, oſculata cruce claudit librum, & reuertitur ad medium altaris Et cum dixerit Per omnia ſecula ſeculorum inclinans ad altare uertit ſe ad chorum uel populum more ſolito ſalutādum. Et ſi benedicamus domino Vel Requieſcāt in pace dicendum fuerit ſtatim reuertitur ad altare. Si uero ite miſſa eſt dicendū eſt ſtat uerſus choꝝ uel populum & dum cātatur hoc uerbum Miſſa eſt iteꝝ reuertitur ad altare & ſtatim poſt reſpo͂ſionem ſubiungit Fidelium animæ niſi miſſa fuerit pro defunctis. Exhauſto deide quod in calice co͂fluxit dicit Adiutorium noſtꝝ Sit nome͂ domini. Deinde ſignat ſe dicens Celeſti benedictione benedicat nos & uertens ſe facit tria ſigna dicens Pater contra meridiem Et filius co͂tra occidentem Et ſpiritus ſanctus co͂tra aquilonem. Deide inclinans profunde iūctis manibus dicit Placeat tibi ſancta trinitas ſi in conuentu cantauerit dum chorus cantat Deo gracias legit interim, Placeat ſi commode poterit & poſtea dicit Fidelium animæ. Exhauſto prius calice & porrecto miniſtro cū patena & corporali Dicit autem in conuentu Fidelium & ea

que

que ſequuntur cum benedictione tam alte ut cōuentus intelligere ualeat ac reſpondere poſt hec de conſuetudīe legit Euangelium ſecundum Ioānem premittens ſalutationē & ad titulum ſignat ſe unico ſigno crucis. Et reſpōſo a miniſtro Gloria tibi domine inclinās pergit iunctis manibus ad ſacriſtiam miniſtris precedentibus. Ibiq; finit euangelium cum uerſiculo & Collecta & cum ſuffragio de beata uirgine ut infra ſignatū eſt. Qui uero priuatim celebrat legit euāgelium hoc ante altare & interim calicem & patenā tergit & inuoluit corporale quoq; ſaccello imponit. Et cum dicit Et uerbū caro factum eſt genua flectit ſubiungens uerſiculum Benedictus qui uenit cum collecta Protector in te ſperātium. Deinde poſt Antiphonam Salue regina uel tempore paſchali Regina celi letare ſurgit dicens uerſiculum cum Collecta ut poſt cōpletorium ſeruatur. Et inclinās ad altare legenſq; cantica Benedicite omnia opera domini domino Et pſalmum laudate dominum de celis & Nunc dimittis reuertitur ad ſacriſtiā & ſtatim exutis ueſtibus ſacris lauat manus & induit ſe habitu ſuo.

## ¶ De inueſtitione nouiciorū Cap. XXXVIII.

Poſt probationem & receptionem cum inueſtiendus eſt nouicius, die ſtatuto induat ſe inferiori tunica ſicut reliqui fratres Propter inueſtitionem non fit maior ſolemnitas, niſi ꝙ prior celebret ſi poteſt. Finita igitur hora que cantatur ante miſſam, & quādo fit aſperſio poſt aſperſionem aquæ benedictæ omēs fratres ad ſacriſtiam cōueniunt ſtantq; ut moris eſt chorus contra chorū Cum ergo prior & miniſtri induti fuerint ſacras ueſtes uſq; ad caſulam innuente priore ſurgens nouicius ante pedes prioris ſe proſternat. Tunc interrogāte priore Que eſt petitio tua frater. Ita iacens reſpōdebit, Peto dei miſe-

ricordiam

ricordiam & ueſtrã confraternitatem Prior rñdebit Dominus det tibi ſocietatẽ electorꝝ ſuorum. Et cõuentu rñdente Amen erigit ſe nouicius ad nutum prioris ſup genua. Deinde prior iuuãtibus miniſtris exuit eum ueſtes ſeculares dicens Exuat te dñs ueterem hominẽ cum actibus ſuis, Et reinduens eum ueſtibus religioſis iuxta eum diſpoſitis dicit. Et induat te nouum hominem qui ſecũdum deum creatus eſt in iuſticia & ſanctitate ueritatis. Amen. Et ſic ueſtitus ſecedit ad partem. Et ſi plures fuerit unus poſt aliũ eodẽ ritu ueſtitur. Quibus peractis fratres in chorꝝ redeunt & ianua chori aperitur. Prior uero indutus caſula procedit cũ miniſtris ad altare. Et ſtatim anteꝗ̃ dicatur Confiteor dyaconus & ſubdyaconus redeuntes ad ſacriſtiam ueſtitum cõiunctis manibus incedentẽ adducunt ante altare & ibi proſternitur pronus ſuper gradũ altaris. Et ſi plures fuerint ſimul ducũtur precedente ſubdyacono cum iuniore & ſimul proſternuntur ſeniore ad partem meridianã collocato. Deinde prior flexis genibus incipit hymnũ Veni creator ſpiritus choro prioris primum uerſum proſequentẽ & choro ſupprioris ſecundũ & ita reliquos ſecundũ ordinẽ. Cuius primus ꝟſus flexis genibus reliqui ſtãdo decantantur. Interim prior ſtat ante medium altaris. Dyaconus & ſubdyaconus prope ueſtitũ proſtratum Hymno finito ſubiungit prior uerſiculũ Emitte ſpiritum tuũ cum Collecta Deus qui corda fidelium. Itẽ collecta Da nobis queſumus dñe perſeuerãtem Tunc dyaconus & ſubdyaconus leuãt eum qui ſurgens accedit ad priorem & oſculatur eũ & dicit Ora pro me pater. Interim incipitur introitus Deinde dyaconus & ſubdyaconus ſtãtes in ſede preſbiterij. Deinde ceroferarij ſi ad miſſam miniſtrauerint ſtãtes iuxta ſubdyaconum. Poſtea tranſit ad ſeniorẽ fratrem in choro exiſtentem & iunctas manus ponit ſup formã inclinando & dicit Ora

pro

turris fortitudinis Dñe exaudi Dñs uobiſcum Orõ De=
us qui nõ mortē pctõris. Poſt hec ſurgēs nouicius accedit
ad dextrꝫ cornu altaris & legit alta uoce profeſſionē ſuā
in hūc modū Ego frater. N. ꝓmitto deo auxiliāte ꝑpetuā
cōtinentiā, carentiā ꝓprij, & obedientiā tibi pater prior &
ſucceſſoribus tuis canonice inſtituendis ſecundū regulā
beati Auguſtini & ſecundū cōſtitutōes capituli noſtri ge
neralis Qua lctā offert eā ambabus manibus ſup al=
tare eoqꝫ deoſculato reuertitur ad gradū altaris & ꝓſterni
tur, Et ſciēdum ꝙ cōuerſoꝝ profitētium nō bñdicuntur
ueſtes niſi cū fratre uel fratribus clericis ꝓfiteātur nec di=
cunt uerſum Suſcipe me &c̄. Porro cōuerſi profitētes fa=
ciunt profeſſionem ſuam per omnia ſicut fratres ſecun=
dum modum ſupra ſcriptum ſed in materna lingua. Et ſi
legere nequiuerint dyaconus ad miſſam miniſtrās legit
ꝓfeſſionē cuiuſlibet ipſoꝝ fratre tñ profitēte ipſam ꝓfeſ=
ſionē ſuā proprijs manibus tenēte Q ſi plures fuerint ſi=
mul ſurgūt ſed ſingulariter & ſucceſſiue profitētur. Quo
facto ſucceſſiue ad gradū altaris reuertūtur, ſed pariter ꝓ=
ſternunt. Deiñ dicit prior tribus uicibus Cōfirma hoc de
us quod operatus es in nobis Cōuentu reſpōdente A tē=
plo ſancto tuo &c̄. Oremus Deus qui nos a ſeculi uani=
te cōuerſos Deus qui renunciātibus ſeculo, Et donās eis
communem fraternitatē ſubiungit dicens Oēs ꝗuis per
graciā baptiſmi fratres ſimus. Poſt hec iterꝫ ſurgens ꝓfeſ=
ſus accedit ad dextrꝫ cornu altaris iunctiſqꝫ manibus in=
clinat ad priorē dicens Ora ꝓ me pater Suſceptoqꝫ oſcu=
lo a priore accedit ſilr ad dyaconū & ſubdyaconū ſtan=
tes in ſede pſbiterij & ab ipſis ſingillatim oſculo ſuſcepto
ſupplicat dicens, Ora ꝓ me pater. Deiñ trāſit añ formā ad
ſeniorē in choro exiſtentē ſiue fuerit epiſcopus ſiue ab=
bas uł cuiuſlibet religiōis prelatus & iūctas manus ponit
ſuper formā inclinādo & dicēdo, Ora pro me pater. Suſ=

ceptoq́ʒ oſculo ,pcedit eodē mō ad ſingulos in eodē cho=
ro exiſtētes & poſtea ſimiliter ad oēs in altero choro exiſtē
tes ſupplicans ſingulis incipiendo a ſeniore Si aūt plures
fuerint ſimul uadūt nō tñ ſimul ſupplicant ad eundē ſed
trāſeunte ſeniore profeſſo ad ſupplicandū alteri ſecūdus
profeſſus ei ſupplicat ſtatim a quo primus receſſit ſicq́ʒ ſi=
bi inuicē ſuccedētes per ſingulos fratres ad loca ſua diuer
tāt. Finito Agnus dei per ordinē accedēdo ſacrā cōmuni=
onem accipiūt & poſtea ad loca ſua reuertuntur.

De cōmunione infirmorum Cap. XXXIX.

AD cōmunicandū infirmū dāte ſacriſta ſignū
cū campana paucis ſaltē ictibus uadit p̄latus
uel ille cui iniūxerit lotis manibus idutus ſu=
perpellicio uel cappa cū ſtola deferēs corpus
dñi reuerēter in ciboria precedētibus duobus ad minus ī
ſuppellicijs uel cappis quoꝝ unus portat laternā cū ardē=
te cereo nolā pulſando & alius aquā bñdictā & āpullas
cū uino & aqua. De hmōi miniſtris & alijs nccārijs habet
ſacriſta prouidere. Cū aūt peruenerint ad infirmū dicēte
ſacerdote Pax huic domui, Rñdetur, Et oībus habitanti=
bus in ea. Deiñ dicēs Aſperges me dñe Aſpergit eū aqua
bñdicta. Et poſt preces ſolitas fcīt infirmus cōfeſſionē ge=
neralē dicendo Cōfiteor ſi pt Et abſoluitur a ſacerdote di
cente Miſereatᷣ tui Indulgentiā. Deiñ ſacerdos lotis aqua
digitis oñdit infirmo euchariſtiā & interrogās eum dicit,
Credis ꝙ ſit Chriſtus ſaluator mundi. Et reſponſo Credo
Porrigit euchariſtiam dicens Corpus domini noſtri Ieſu
Chriſti cuſtodiat te & perducat ad uitam eternam Amē.
Et ablutis digitis dat ei ablutionem Quo facto dicit Do=
minus uobiſcū Oremus Exaudi nos dñe &c̄. Poſt hec re
uertuntur ad ſacriſtiā eodem ordine quo uenerūt. Hoſpi=
tibus ſiue extraneis quibuſcūq́ʒ non miniſtramus ſacra=
mentum euchariſtiæ ſiue inunctionis extremæ ſine ſpe=

ciali.

ciali licentia curatorum ſuorum

De Inunctione infirmorum.

Ad inungendum infirmū preparat ſacriſta que ſunt neceſſaria uidelicet ſacrꝫ oleum ſtuppā uł pānum lineū ad detergendā unctionem laternam cum cereo ardente. Aquā bn̄dictā & crucē breuē. Deiñ facit ſignū breue cū cāpana paucis ictibus ut cōueniāt fratres oēs ad chorum Quibus cōuenientibus diſtribuit quid ſinguli deferant Prior autē uel ille cui iniūxerit indutus ſuperpellicio uel cappa cū ſtola aſſumēs ſacrꝫ oleum ꝓcedit cū proceſſiōe fratrꝫ ad infirmariā. Cūqꝫ peruenerit ad infirmū qui agit officiū dicit alta uoce Pax huic domui Et conuentus rn̄-det. Et omnibus habitantibus in ea, Poſtea aſpergit infir mū aqua bn̄dicta. Deinde dicit, Dominus uobiſcū, Oremus Dn̄e deus qui per apoſtolū tuū Iacobum, Et reſpōſo Amē. Infirmus ad inſinuationē ſacerdotis humiliter rogat prelatū & ceteros qui aſtāt ut ſi quid erga eos deliquit ei dimittant. Et qui facit officium reſpondet ex parte fratrum ꝙ ei totū remittunt deiñ inſinuet infirmo ut remittat fratribus ſi eum in aliquo offenderint. Et dicit tūc infirmus Confiteor &c̄. Vel ſi illud dicere nequiuerit tundens pectus ſuum ſi cōmode poterit dicit mea culpa pro omnibus peccatis meis. Et dicit conuentus Miſereat̄ tui omnipotens deus &c̄. Et abſoluitur a ſacerdote dicente Oremus Indulgentiā &c̄. Qꝫ ſi ꝑlatus fuerit inungēdus ipſe ſimiliter rogat fratres ut ſibi dimittāt ſi quid erga eos deliquit. Et illo qui facit officium reſpondente ut ſupra dicit prelatus Confiteor &c̄. Et conuentus ſubiungit Miſereatur. Et qui facit officium dicit Indulgentiā &c̄. Poſtea fratres humiliter rogant eū ut & ipſe etiā dimittat eis quicquid erga eum deliquerunt. Quo remittente petūt etiam ab eo abſolutionem dicentes Cōfiteor Et ipſe ſubiungit Miſereatur & Indulgentiā &c̄, Si aūt prelatus infirmitate

firmitate prepediente loqui nequiuerit ſeruatur circa eū
illud ſolum quod circa alios ſuperius notatum eſt. His
expeditis qui facit officium offert infirmo crucem oſcu-
landam. Quo facto & cruce reddita incipit Antiphonā.
Intret oratio, Et pſalmum Domine ne in furore primum.
Et cōuentus reſidens proſequitur ſeptem pſalmos peni-
tentiales quemlibet terminando cum Gloria patri. Si au-
tem anteq̄ terminetur officium unctionis fratrem mori
cōtigerit ſtatim intermiſſis omnibus incipitur cōmenda-
tio Subuenite ſancti dei &c̄. Pſalmis uero finitis abſq̄ le-
tania accedens ſacerdos ad infirmū inungit eū oleo ſan-
cto cū pollice quē ſacro oleo ad quālibet inunctionē in-
tingit faciēdo crucē ſuper oculos & aures & nares, ſuper
os clauſum, ī utriſq̄ manibus expāſis interius ſed ſi ſacer-
dos fuerit exterius, ſuper pectus quoq̄ & ſuper utroſq̄ pe-
des dicens Per iſtā unctionē &c̄. ſicut in manuali cōtine-
tur. Et ad ſingulas unctiones detergitur unctura cū ſtup-
pa uel cum pāno lineo quos ſacriſta comburens cineres
in piſcinā ꝓijcit. Poteſt īfirmus infra pſalmos inungi ſi pe-
riculū eſt in mora. Si infirmus poſt inunctionē cōmuni-
cādus fuerit aliquis ſacerdos cui prelatus innuerit cū ali-
quo lucernā cū lumine & nolā ferente interim dum ea q̄
reſtāt cōplentur affert ſacramentum eo modo quo ſupra
de cōmunione dictū eſt. Peracta unctione ſacerdos ablu-
it pollicē cum ſale & aqua ſuper ignē uel in uaſe mūdo
& tergit cum manutergio ad hoc ibidē a ſacriſta prepara-
to & ipſa ablutio proijcitur in piſcinā. His finitis iungitur
oratio Intret orō noſtra in cōſpectu tuo inclina aurem tu-
am ad preces noſtras domine cū oratione dn̄ica ſilēter ab
oībus dicēda ſubiūctis precibus & orōnibus in manuali
ſeriatim expreſſis. Et ſi cōmunicādus fuerit prior cōmuni-
cet eum ſecundum modum ſupra ſcriptum. Expletis igi-
tur omibus dicit ſacerdos Dominus uobiſcum Oremus.

Exaudi

Exaudi nos dñe ſancte pater omnipotẽs ut ſupra poſt cõ-
munionẽ. Poſtmodum aſperſo infirmo aqua benedicta
reliquitur ibi crux & collocatur ita vt infirmus poſſit cru-
cifixũ reſpicere Remanet etiã aqua bñdicta iuxta infir-
mum itemq; cereus benedictus qui morienti porrigitur.
Et ſic egrediẽtibus fratribus proceſſionaliter ſacerdos &
miniſtri ad ſacriſtiam reuertuntur. Ceteri uero ad chorũ
reuertentes orationem dominicã faciunt & ad ſignũ pre-
ſidentis chor; egrediuntur. Porro ad inunctionem fami-
liarium non oportet totum conuentum ꝓcedere niſi ta-
lis eſſet pſona ut hoc priori uideretur eſſe faciẽdum. Sed
prior ipſe uadit cum aliquibus uel mittit ſacerdotem &
quos uoluerit ad talium inunctionem exercendã.

## De fratre moriente & de officio funeris Cap. XL.

CVm frater penitus morti propinquauerit
crebris ictibus pulſatur tabula in clauſtro.
Si conuentus fuerit extra clauſtrum ſig-
num etiam cum campana fiat & ſtatim fra-
tres ubicumq; fuerint accurrunt om̃es ad
morientem cum grauitate tamen dicentes Credo in de-
um patrem omnipotentem &c. Repetẽdo illud quead-
uſq; ad infirmũ peruenerint. Et ſi nox fuerit prouidet ſa-
criſta vt lumiaria ardeant in uia qua itur ad infirmariam.
Cuſtodes etiã remaneãt in eccleſia, in dormitorio uel in
clauſtro ſi neceſſe fuerit. Sacriſtá autem defert prelato ſto-
lám & manuale & mittit fratres qui deferant crucem &
aquam benedictam niſi ibi fuerit. Si ad refectionẽ ſede-
rint fratres & fuerint in principio refectionis ul' in medio
audito ſigno interrumpentes refectionem uelociter exe-
unt omnes & nõ dicitur Tu autẽ domine. Refectorarius
autem ul' alius ad cuſtodiam in refectorio remanet ſi ne-
ceſſe fuerit. Si autem ſint fratres circa finem refectiõis fa-
cto ſigno ad nolam dicitur, Tu autem domine. Et dicto

breuiter

breuiter uerſu Confiteātur uel Memoriā &c̄. ſubiungē-
te ſacerdote Agimus tibi grās uel Benedictus deus &c̄.
abſq; pſalmo exeunt ſtatim dicētes Credo in deum ut ſu
pra. Si autem in oratorio fuerint fratres ad miſſam uel ad
canonicas horas Prior & aliqui quibus ipſe innuit uadūt
Ceteri uero complentes citius opus inceptum ſequun-
tur illos Qui autem primi ad morientē uenerint ſtatī di-
cunt Letaniā cū precibus infirmoꝝ ſicut hn̄tur in manu-
ali. Quibus finitis ſi adhuc uixerit dicūt ſeptē pſalmos pe
nitētiales ſine Gloria patri. Quibus finitis ſi in proximo
prout eſtimare poſſunt fratres exitum uiderint immine-
re adiungunt pſalmos quindecim graduum ſine Gloria
patri. Si his omnibus expletis nondum obierit diſcedere
pn̄t relinquētes ibi crucem & aquam bn̄dictam, & prior
de aliquibus fratribus prouideat qui remaneant ibidē di-
cētes pſalteriū ſine gloria patri. Qui cū certo ſigno uide-
rint fratrē in proximo morituꝝ iteꝝ percuſſa tabula con
ueniunt fratres ut prius. Mox aūt ut frater expirauerit ter-
minetur pſalmus per requiē eternā Et fiat commendatio
ſacerdote cū ſtola incipiēte Rn̄ſorium Subuenite ſancti
dei fratribus cū ipſo totū officium diſtincte & humiliter
legēdo proſequentibus Finito autē pſalmo, In exitu Iſra-
hel cū oratiōe ſequēte Omnipotēs ſempiterne deus qui
humano corpi &c̄. ꝓuidente infirmario lauetur corpus
in ſecreto ſi neceſſe fuerit. Deīde inuoluitur & in feretro
collocatur Non tn̄ nimiū feſtinetur cū inuolutiōe funeꝝ
precipue de quibus pt̄ eſſe aliqua plenarie mortis dubi-
tatio. Interim incipit ſacerdos Antiphonā Chorus ange-
loꝝ. Et pſalmū, Dilexi ꝓſequentibus fratribus cū ſequē-
tibus uſq; ad dn̄m cum tribularer terminādo quemlibet
pſalmum per Requiem eternā. Et ſi anguſtia loci requi-
tat poterūt fratres ſecedere ad locū aptiorē in propinquo
pro arbitrio prioris uel cātoris ad exoluendū commēda-

tionis

tionis officium ſedendo prout locus permiſerit. Eſt autē ſepeliendus frater in tunica & caputio uelante faciem eius & ſuperpellicio cum caligis & ſoccis & cingulo decēter aptatis manibus in modum crucis ſuper pectus cācellatis Conuerſi ſimiliter ueſtiuntur niſi ꝙ pro ſuppellicio ſcapulari induuntur. Et ſi ſacerdos fuerit collo ipſius ſtola circumponitur & ſuper pectus in modū crucis circumflectitur. Manipulus uero in ſiniſtro brachio ponitur. Similiter fiat dyacono & ſubdyacono ſecūdum modum officij ſui. Sacriſta uero prouideat inter iuniores fratres qui thuribulū & cereū ul' cereos crucē & aquā bn̄dictam deferāt. Finitis autē pſalmis ſtent fratres ſubiungētes Antiphonā Chorus angelorum te ſuſcipiat Sequitur oratio Diri vulneris, Deus cui ſoli competit Fideliū deus oīm &c̄. Cōpleto cōmendatiōis officio ſi corpus nondū inuolutū fuerit dicūt interim horas ſuas qui eas intermiſerunt. Et ſi fuerit tempus alicuius horæ cantandæ poteſt cantari. Quibus dictis uel ſi eas dicere non habuerint ſtatim incipiunt Pſalteriū quouſqꝫ corpus inuolutū ſit & in feretro collocatum. Inuoluto aūt corpore & in feretro collocato intermiatur pſalmodia, finito tn̄ prius pſalmo incepto per Requiē eternā & cōuentus ad corpus defuncti regreditur ſtādo ex utraqꝫ pte funeris chorus cōtra chorꝫ. Deiñ ſacerdos aſpergēs corpus aqua bn̄dicta & thurificās ſubiungit orōnem, Suſcipe dn̄e animam famuli tui. Qua dicta cantor de choro hebdomadarij incipit Reſpōſorium, Libera me domine. Et defertur corpus in eccleſiā uel in chorum proceſſionaliter cruce precedēte poſt priorem aūt defunctus a quatuor fratribus quibus cātor iniuerit defertur quos & cōuerſi ſequentes poterunt adiuuare. Et interim pulſatur cāpana tribus inciſionibus ictuum premiſſis. Venientes autē per eccleſiā in chorꝫ deponunt funus uerſis pedibus ad orietem & ceſſatur a cantu

Prior

Prior autē ſtat ad caput defuncti. Ad cuius dexterā collo-
catur aqua benedicta ad ſiniſtrā eius manet thuriferari-
us. Crux uero collocatur a parte pedum uerſo vultu cru-
cifixi ad corpus defuncti. Et ſacriſta applicatis candela-
bris ponit cereos unum ad caput, et unū ad pedes defun-
cti. Nunq̧ remanebit funus ſine lumine ubicumq̧ poſi-
tum fuerit Ceteri fratres ſtent iuxta defunctum collatera
liter ante formas, chorus contra chorum. Et finito Reſpō-
ſorio cum uerſibus & pulſatione dimiſſa Prior ſubiungit
uerſiculum & Collectam per accentus ſicut ad minores
horas. Deinde facta aſperſiōe & thurificatione ſuper cor
pus thuribulū & aqua benedicta ſicut cōmode poterūt
ibidē collocātur. His ita peractis dicūt horas ſuas qui eas
intermiſerint. Et ſi fuerit tempus alicuius horæ cātandæ
decātetur. Porro ſi fratres refectionem intermiſerāt rede-
unt ad illam ita tamen ut nola nō pulſetur nec bn̄dictio
repetatur ſed lector lcōnem incipit ubi dimiſerat etiā in
quadrageſima. Nunq̧ corpus defuncti ſolū relinquitur
ſed aliqui frēs aderūt qui pſalteriū uigilias uł horas ſuas
dicāt. Expeditis igitur expediēdis fratres reſidētes in cho-
ro dicant. Pſalterium a capite incipiētes. Horis autē cano
nicis ſuis tēporibus intermiſſo pſalterio diligenter exple-
tis frequentant pſalteriū donec finiatur. Quo finito reſu-
mitur ab exordio. Vigiliæ etiā nouem lectionū pn̄tibus
om̄ibus deuote ꝓ eo cātantur poſt meridiē uł poſt ueſpe
ras prout tempus permiſerit ad quas ſicut & ſemper qn̄
uigiliæ cantātur cāpana pulſari debet uſq̧ ad finem pſal
mi Dilexi. Manet etiam chorus apertus pn̄te funere do-
nec ſepeliatur. Cerei ardebunt ad locū funeris infra miſ-
ſam & uigilias etiā ſi poſt ſepulturā cātarentur. Oblatio-
neſq̧ fideliū ad altaria maxime ꝓ extraneis admittuntur
mulieres tn̄ non accedūt. Si tali hora quis obierit ut miſ-
ſa pro eo celebrari poſſit in cōuentu eadē die ſepeliri po-





quatuor frẽs deputati portant defunctũ & interim cãpana pulſatur donec funus circa ſepulchꝝ depoſitum fuerit. Miniſtri uero cũ uenerint ad ſepulchꝝ collocãt ſe ad caput foſſæ cum aqua benedicta & thuribulo & iter eos prior faciens officiũ. Crucibaiulus autem & ceroferarius manẽt ad pedes ſepulchri uel funeris uerſis vultibus ad ſepulchꝝ. Conuentus uero ordinat ſe ex utraqꝫ parte ſepulchri chorus cõtra chorꝝ. Si autẽ anguſtia loci hoc nõ ꝑmiſerit ſtant fratres retro uel circa miniſtros prout locus ꝑmiſerit. Hi uero qui corpus portabãt deponunt illud circa ſepulchrum manentes iuxta corpus donec illud in ſepulchrum depoſuerint. Sepulto funere & officio cõpleto prior aſpergit & thurificat ſepulchrum & ſic reuertuntur fratres proceſſionaliter in chorꝝ dicẽtes pſalmũ Miſerere mei deus. Prior uero ſubiũgit uerſiculũ & Collectã. Deinde facta oratione flexis genibus & dato ſigno fratres chorum egrediũtur uel cãtant diuinũ officium uel dicunt pſalterium ſi nondum fuerit finitum. Debẽt etiam ſinguli fratres diſciplinam pro ſalute defuncti fratris recipere eodem die uel ſequẽti pro arbitrio preſidentis. Obitus quoqꝫ fratris per breues ſingulis cõuentibus domorꝝ capituli noſtri quãtocius denuncietur quatenus debitũ fraternitatis officium fideliter exoluatur

## ¶ De beneficijs defunctorꝝ fratrꝝ ſororum tam in ſpeciali qꝫ in generali Cap. XLI.

HEc autem bñficia predicta unicuiqꝫ fratri exhibẽda ſunt in monaſterio ubi obierit, etiã ſi ibi ꝓfeſſus nõ fuerit. Porro pro hmõi fratre in aliena nõ ſuæ profeſſionis domo defuncto nõ continuamus pſalteriũ niſi uſqꝫ ad ſepulturã. Nihilominus tñ in monaſterio ubi ꝓfeſſus ẽ obitu eius in capitulo denũciato qꝫtocius per oĩa ſunt exhibenda miſſarum uidelicet uigiliarꝝ cõmenda-

tionum

tionũ pſalterij ac diſciplinaꝝ officia. Hec etiam debẽtur
cuilibet fratri in monaſterio ubi prior extitit etiã ſi a prio-
ratu abſolutus fuerit. Porro pſalterium pro huiuſmõi fra
tre cõuentualiter dicitur precipue poſt meridiem uſqꝫ ad
cõpletorium, in quantum tp̃s ꝑmiſerit Si quid reſiduum
fuerit unuſquiſqꝫ ſingulariter die ſequenti poſt primam
uel tertiam explere poterit uł duo & duo pariter ſubmiſ-
ſis tamen uocibus ne celebrantes impediantur. Vigiliæ
quoqꝫ interim ſecundum temporis exigẽtiam decantari
poſſunt. Tricẽnarium etiã miſſaꝝ pro eo ſecundũ ordi-
nẽ ſacerdotũ obſeruatur per triginta uidelicet dies conti-
nuos exceptis maioribus duplicibus feſtis & ſupra & tri-
bus diebus ante paſcha pro quibus tamen feſtis uel die-
bus miſſæ defunctorum totidem diebus preueniuntur.
¶ Collectam tamen dicunt quos ordo tricennarij tãgit ex-
ceptis quatuor feſtis principalioribus & tribus diebus añ
paſcha. Hanc miſſam ſacriſta ſingulis diebus cuſtodien-
dã intimabit uel deſignabit a priore deſcẽdendo per ſin-
gulos preſbiteros excepto hebdomadario & infirmis qui
miſſas non celebrant. Hoc officium eſt, Si enim credi-
mus &c̃. In dominica die ſeruatur epiſtola & euan-
gelium ſicut feria tertia. Quando autem miſſa defuncto
rum in cõmuni ſcilicet. Si ĩn conuentu cantanda eſt po-
teſt illa die priuata intermitti & prima oratio pro huiuſ-
modi tricennario dicitur, ſecunda deus ueniæ. tertia ani-
mabus. Ad alias uero miſſas defunctorum que interim
dicuntur memoria illius ſecundo loco dicitur uel ſaltem
ſub tertia collecta generali ſeruatur. Et miſſa tricennarij
nihilominus in priuato legitur. Miſſa cuiuſlibet tricen-
narij eſt ſemper. Si enim Debet etiam ſacriſta numerum
dierum obſeruare & hãc orationem, Queſumus dñe ut
famulo tuo &c̃. diebus eidem orationi inſcriptis ſeruan-
dã ſacerdotibus intimare. Et ſi de huiuſmodi tricennario
non con

Notandũ quod Tricenariũ istud pro defuncto frẽ nõ incipit nisi prius cantata fuerit missa p eo in Conventũ. Et tũc sequenti die prima missa Tricenarij incipit Prior et reliqui post eum.

cõn

non contigerint aliquãdo tres miſſæ dicendæ ille ſingu
lariter ternarium numerum pro eo adimplebit. Si uero
infra hos triginta dies tricennarium alterius uel plurium
ſuperuenerit nihilominus cũ una miſſa ſub collecta plu
ralis numeri pro omnibus ſatiſfacimus. Si tamen unus
eorum fuerit ſacerdos & alius non tunc duæ orationes ꝓ
eis dici poterunt. Finito autem tricennario primi perfi=
citur tricennarium ſequentis cum orationibus ſibi con=
gruentibus. Ad omnes etiam uigilias defunctorum que
interim in conuentu dicuntur memoria ipſius uel ipſo=
rum ſecundo loco agitur & miſſa tricẽnarij ſemper in pri
uato legitur. Si tamen exequiæ preſentis ſeu recenter de=
functi fierent & anniuerſarium pariter tunc memoria tri
cennarij ſub ultima trãſibit oratione generali. Fratres qui
ſacerdotes nõ ſunt & qui miſſas celebrare non poſſunt ꝓ
tricennario ter uigilias defunctorum nouem lectionum
dicunt. Si autem propter paucitatem preſbiterorum uel
aliam cauſam euidentem nõ potuerit hec miſſa tricẽna=
rij quotidie ſeruari dicatur ſaltem collecta ad miſſam fe=
ſtiuitatis uel diei que pretermitti non debet & iuxta diſ=
poſitionem preſidentis una quinquagena pſalterij legi=
tur ipſo die ab uno uel duobus ſiue fratribus ſiue ſorori=
bus. Et ſi pluries hoc cõtigerit leguntur quinquagenæ ſe
cundum ordinem & reſumũtur. Inſuper dies obitus eius
kalendario annotandus eſt & ſingulis annis fraternitatis
officium exoluendum. Sciendum autem ꝙ ſi aliquis re=
ceptus ad ordinem morte premẽte non fuerit ueſtitus be
neficium ſimile obtinebit niſi ꝙ pſalteriũ ex debito non
legitur necꝫ diſcipline capiuntur nec anniuerſarium pro
eo ſeruabitur niſi notabile beneficium monaſterio con=
tulerit.

¶ Quõ extranei defuncti recipiendi ſunt.

Cum aliquis extraneus rogat in cimiterio noſtro ſe=

peliri

pelirí predicitur his qui curam agũt defunctí ut cũ eum
deferre uoluerint uel ceperunt premittant aliquem qui
hoc denunciet Cumqꝫ illi cum funere eccleſiæ appropin
quauerint ſignum fit cum cãpana ter aut quater ſicut ad
Aue Maria minus tamen pauſando. Et prior uel alius ſa
cerdos cui prior iniunxerit accepta ſtola & aſperſorio &
alius qui aquam benedictam deferat & tertius cum cru=
ce abſqꝫ uexillo uadũt obuiam funeri. Et aſperſo ferctro
circa portam cimiterij reuertuntur cantantes ul' legentes
Reſponſorium Libera me domine & pſalmum De pro=
fundis ſeu Miſerere Ponuntqꝫ corpus in eccleſia ſi placu
erit & iuxta illud crucem & cereum uel cereos ſi tamen
cum defuncto uenerint. Vel defertur corpus ſtatim ad ſe
pulturam ſine lumine. Et interim pulſatur campana bre
uiter uel prolixius ꝓ qualitate perſonæ nec portatur thu=
ribulum niſi priori uiſum fuerit. Si autem talis fuerit
ut a conuentu ſuſcipi debeat cum denunciatur aduen=
tus eius facto ſigno conueniunt fratres ad eccleſiam. Sa=
criſta uero ordinet inter fratres uel clericos, qui portent
portanda. Quibus peractis, cum appropinquauerint ci=
miterio, exeunt fratres proceſſionaliter de choro obuiam
corpori. Et circa portam cimiterij ſacerdos aſpergit & thu
rificat funus, & cantor incipit Reſponſorium Libera me
domie. Interim pulſatur campana, poniturqꝫ defunctus
in eccleſia extra chorum, Ibiqꝫ ſubſiſtẽtibus fratribus ter=
minatur Reſponſorium, cum oratione Inclina, Si autem
fuerit ſacerdos, aut clericus, uel alias multum notabilis
perſona, talis poteſt in chorum deferri & deponi, & in ec
cleſia, uel in ambitu clauſtri ſepeliri. Pro talibus etiam cã=
tatur miſſa, & dicuntur uigiliæ nouem lectionum quã=
tocius fieri poterit. In ſepultura extraneorum, relinquitur
arbitrio preſidentis quantum legendum ſit, ſecundũ exi
gentiam perſonarum. Pro quocumqꝫ defuncto adulto

qui

qui in noſtro cimiterio ſepelitur. Collecta ad miſſam dicitur ad minus, ſiue in conuentu ſiue in priuato, ſacriſta hoc alicui innuente. Similiter ad uigilias ſi dicuntur, collecta dici debet, Si quid amplius alicui impendendum eſt, in ordinatione prioris relinquitur,

## Qualiter obitus fratrum uel anniuerſarium in capitulo denuncietur Cap. XLII.

CVnctorum fratrum domorum noſtrarꝫ, tã clericorꝫ q̃ꝫ laycorꝫ, ſimiliter et ſororꝫ, quã tocius poſt obitum ipſorꝫ cõuenienter fieri poterit, ad ſingulas domos ordinis, alioquin ad capl̃m generale, breues, ipſorꝫ nomina, gradũ ordinis, & domum ꝓfeſſionis, ac dñicæ incarnationis annũ, & diem mẽſis in quo obierint cõtinentes deſtinanť, quas uerſicularius in domo capituli añ defunctorum memoriã recitabit. Sed & aliorꝫ pro quibus cõuentualiter orãdum eſt, obitus & ãniuerſaria denũcianť. Poteſt etiã prior hãc denunciationẽ perſonaliter intimare. Et ſubiungit uerſicularius, Cõmemoratio eius uľ eorum & omnium fideliũ defunctorꝫ, & poſt pſalmum De profundis, congrua pro ipſo uel ipſis collecta dicitur. Si alicuius obitus cum anniuerſario concurrerit, memoria recẽter defuncti, primum locum habebit, Et prelatus dicto benedicite, quid uel quantum & qñ faciendũ ſit, ꝑ eis edicit. Pro quolibet itaqꝫ fratre clerico, moniali, cõuerſo, & conuerſa, profeſſis defunctis domorum noſtrarum, leguntur conuentualiter uigiliæ nouẽ lectionũ poſt ueſperas, ſiue poſt meridiem, & ſequẽti die miſſa defunctorum cantabitur, uel ipſa eadem die prout tempus permiſerit in ſingulis domibus noſtris. Et ſi plures defuncti pariter denunciati fuerint, etiã ſi anniuerſarium cõcurrerit, ſub eodem officio cõuentuali comprehendi debent. Inſuper quilibet ſacerdos miſſam defunctorꝫ ꝓ quolibet

huiuſmõi

huiuſmōi fratre perſoluet uł ſorore. Fratres uero qui miſſas nō celebrāt, ſinguli ꝓ ſingulis uigilias nouē lectionū dicūt. Pro preſbiteris donatis qui ſoluerūt pro fratribus & ſororibus ordinis, debitum ordinis exoluimus. Pro ceteris autē donatis & utriuſqꝫ ſexus familiaribus defunctis, qui anio manēdi in monaſterio ſine ꝓprietate & ſub uera obediētia ſui prioris uixerūt, ex ſpeciali grā & bona cōſuetudine. Commendationis Vigiliæ miſſæ ac ſepulturæ officia poſt mortē eoꝝ in ꝓprijs domibus exoluimus, & diſciplinā recipimus. Inſuper & quilibet ſacerdos ſemel in anno legit miſſam defunctorum pro eis. Non ſacerdotes ſcilicet utriuſqꝫ ſexus ꝓfeſſi uigilias nouem lectionum. Ammonem etiam ut quilibet frater ſacerdos ſemel in āno legat miſſam defunctoꝝ ꝓ oībus defunctis ſimul fraternitatem capituli tātum hn̄tibus. Alij utriuſqꝫ ſexus profeſſi, ſemel uigilias nouē lectionū. Quilibet frater p̄t ſatiſfacere cum miſſa qualicūqꝫ pro debito ordinis, dummō ſpecialis collecta dicat̄, & oblatio pro eodem debito fiat. Ad quam tn̄ non obligamur pro alijs fraternitatem hn̄tibus. Sacerdos ſignatus pro miſſa tricennarij currentis, non debet cum eadē miſſa ſoluere debitū ordinis. In cōuentibus nō plenis celebrās miſſam cōuentualē, cū eadem debitum ordinis ſoluere p̄t, excepta miſſa defunctorum. Et in eiſdem domibus, nō ſunt aſtricti ad ſeruādas miſſas concurrentes. Pro benefactoribus autē, uł familiaribus amicis fraternitatem hn̄tibus, huiuſmōi ſub tenore. Cū obitus ueſter nobis denunciatus fuerit faciemus ꝓ uobis ſicut pro fratribus noſtris chariſſimis facere conſueuimus, & cetera nobis poſt obitū ipſoꝝ denūciatis, quātocius uigiliæ nouē lectionū conuētualiter dicantur, & miſſa eodem die uel ſequēti pro eis decātetur. Fratres autem non obligantur pro talibus ſingillatim dicere miſſas, niſi placuerit, uel niſi prior ꝓpter cauſam iuſſerit

ſpecialē

ſpecialem. Quilibet etiam frater obitu patris, aut matris, fratris, uel ſororis, ſiue coniugis audito, deſiderans orationes fratrum ante commemorationem defunctorum in medio capituli uerſus priorem genua flectens, dicere poterit Chariſſime pater & fratres, obijt pater meus aut mater, deſidero orationes ueſtras pro illo ul' illa. Quo ad iuſſionem prioris ſurgente, dicitur Commemoratio eius & omnium fidelium defunctorum, & poſt pſalmum de profundis, dicitur collecta pro eodem. Prioris autem & conuentus eſt tantum facere pro his, quantum priori uiſum fuerit. Nec debet aliquis fratrum hoc expetere in conuētu, pro alijs cōſanguineis uel amicis, niſi beneficium monaſterio contulerint. Hoc idem debet prior cōuentui etiam intimare, & quid ſit faciēdum pro eiſdem. ſi forte frater ille preſens non fuerit. Poteſt tamen quicumq; frater, in priuato petere orationes a fratribus pro quibuſcumq; uiuis & defunctis. Porro anniuerſaria ſub triplici titulo pronunciantur. Primum eſt anniuerſarium ſolemne, quod ſolis conceditur plenarijs monaſteriorum fundatoribus, pro quibus ſingulis annis uigiliæ nouem lectionum. Parce mihi domine cum ceteris, & miſſa defunctorum ſimiliter duobus miniſtrātibus decantentur. Et hoc officium ſpectat ad priorem, quod alijs non conceditur, abſq; licencia capituli generalis. Secundum anniuerſarium fraternitatis, cui aſſcribūtur ſinguli utriuſq; ſexus profeſſi in domibus ſuis, & ubi priores & rectores extiterunt, & ſimiliter fideles promotores & notabiles benefactores, pro quibus ſingulis annis uigiliæ nouem lectionum de longioribus Parce mihi ſine cātu dicuntur, & miſſa defunctorum cantatur. Propter huiuſmodi anniuerſarium uel anniuerſaria ſcilicet, & propter preſentiam funeris, aut etiam propter generalem defunctorum commemorationem, non cantantur duæ miſſæ, niſi fuerit tempus

rit tempus quadrageſimale, aut quatuor temporum, uel
niſi fuerit feſtum nouem pſalmorum & ſupra, Siue niſi
miſſa dominicalis fuerit ibi neceſſario decantanda. In a-
lijs uero feſtis minoribus miſſam dũtaxat habentibus.
Et in uigilijs ſanctorum apoſtolorum. Thomæ, Mathiæ,
Iacobi, Bartholomei, Mathei, Symonis & Iudæ. Huiuſ-
modi miſſæ ſunt legendæ. Miſſa uero anniuerſarij, & pre
ſentis funeris, atq; generalis commemorationis, eſt can-
tanda. Veruntamen in hebdomada palmarum, Paſchæ,
Penthecoſtes, & Natiuitatis dominicæ, anniuerſaria ibi
occurrentia, uel preueniuntur uel differuntur, ſecũdum
diſpoſitionem cãtoris. Sed in preſentia funeris in predi-
ctis hebdomadis duæ miſſæ cãtabuntur, demptis tribus
diebus ante Paſcha, & feſtis ſolemnibus. In quibus qui-
dem feſtis ſolemnibus, miſſa pro preſenti funere nõ can-
tabitur, ſed in priuato legitur, ut in capitulo de fratre mo-
riẽte, ſignatum eſt, Infra uero ceteras octauas ſolemnes,
miſſa defunctorum eſt cantãda, & miſſa de octaua feſti
ſolemnis, in priuato legenda. Proinde conſiderandum
ꝙ pro conuerſis, ex debito pſalterium nõ legimus. Poteſt
tamen totum officium anniuerſarij, preueniri uel differ-
ri ad diem congruentem, ſecundum prouiſionem canto
ris. Non enim in profeſtis nouem lectionum & ſupra, ꝓ-
nunciatur. Que etiam in propinquo cõcurrunt, cõiun-
ctim ſcribantur, & in una die ſeptimanæ ſeruent. In exe-
quijs & anniuerſarijs, ſeruetur modus antiquus in lecti-
onibus ad uigilias, & in in introitu miſſæ.

Tertium anniuerſarium eſt ſimplex, ſiue cõmune,
pro ceteris familiaribus ſiue benefactoribus, pro quibus
miſſa ĩ priuato legitur, que ſpectat ad hebdomadarium
miſſæ concurrentis, uel infra tricennarium ad fratrem
quem tangit ordo tricẽnarij. Et pro talibus, dicitur oratio
in miſſa conuentuali, & in uigilijs eiuſdem diei, ſi dicun
tur,

tur. Solus autem prior inſcribet kalendario nomina defunctorum, uel cantor de beneplacito prioris,

## NOTA.

Ex quo ſtatutum de anniuerſarijs ſeruandis confectum, tendit ad hoc, ut ſingulis hebdomadibus uigiliæ nouem lectionum legantur, ob graciam & releuamen fratrum & ſororum ordinis, ne ꝓceſſu tp̄is nimiū grauētur, inſtituit capitulū generale ordinationem ſequentē.

Pro fratribus & ſororibus ordinis defunctis, ſingulis annis in domibus ſuæ profeſſionis ſemel uigiliæ nouem lectionum in conuentu, & ab his qui conuentui non interſunt (in priuato) leguntur & miſſa defunctoꝝ ſequēti uel eodem die, prout tempus permiſerit cantatur. Anniuerſaria quoq; ipſorum fratrum & ſororum ordinis defunctorum, & eorum quorum nomina futuris temporibus ſunt aſſcribenda, ita coniunctim ſcribantur, in illis menſibus kalendarij quibus obierunt, ut infra ſingulos menſes kalendarij duo ad minus habeantur anniuerſaria, que ſecundum prouidentiam cantoris, ibidem congruis diebus, diuiſim ſemper ſunt pronuncianda & ſeruanda. Debita quoq; ordinis ibidem occurrentia, cum eiſdem anniuerſarijs pronunciari, & ſub eodem officio cō prehendi poſſunt. In domibus uero ubi anniuerſaria ſecundum iſtam ordinationem defuerint, nihilominus totidem uigiliæ nouem lectionum de lōgioribus, infra ſingulos menſes prefatos, pro fratribus & ſororibus & benefactoribus domus ſuæ ſecundum prouidentiam cantoris ſunt legendæ, & miſſa defunctorum ſequēti uel eodē die cantanda, donec ibidem anniuerſaria ſeruāda occurrerint. Si tamen domus aliunde obligantur, per iſtam ordinationem minime abſoluuntur

### De generalibus beneficijs defunctorum Cap. XLIII.

PRo defunctis fratribus & ſororibus domorum noſtrarum, pro parentibus & conſanguineis, pro benefactoribus noſtris & amicis, & pro omnibus fidelibus defunctis, Ab octaua epyphaniæ uſqꝫ ad dominicā primam in quadrageſima, & ab octaua ſacramenti uſqꝫ ad uigiliam uigiliæ natiuitatis Chriſti, exceptis duplicibus feſtis & ſupra pro utriſqꝫ ueſperis, & exceptis ꝓfeſtis nouē lectionū, niſi quis recēter defunctus fuerit, & exceptis octauis ſolēnibus, niſi etiā anniuerſariū fuerit, excepta quoqꝫ die cōmemoratiōis animarum, cū uenerit feria ſecunda, quarta, uł ſexta, ter in hebdomada uigilias trium lectionum breuium, poſt ueſpas in ſingulis domibus dicimus, Videlicet feria ſecunda, tres pſalmos & tres lectiones breues, cum Reſponſorijs de primo nocturno, Feria quarta tres pſalmos, lectiones, & Reſponſoria, de ſecundo nocturno. Feria ſexta tres pſalmos, lectiones, & Reſponſoria, de tertio nocturno, cum ueſperis & laudibus ſuis, que nunquā omittuntur. In quadrageſima uero, uſqꝫ ad ſabbatum palmarum, quotidie uigilias trium lectionum longarum dicimus, ſicut in capitulo de quadrageſima expreſſum eſt. Inſuper ter in anno, ſolemnem memoriam defunctorum facimus, prout ſupra continetur. Semel etiam in hebdomada, uidelicet feria ſecunda, uel alia die, ſi feria ſecunda fuerit feſtum duplex uel ſupra, uel alia miſſa ſpecialis cuſtodienda, hebdomadarius miſſæ concurrentis, miſſam defunctorum cuſtodit, ut ſupra ſignatum eſt. De miſſis etiam defunctorum ſeptimanatim cantandis, & de ſecunda oratione, ferialibus diebus per annum in miſſis cōuentualibus ſeruanda, ſuperius ſatis expreſſum eſt. Porro uigiliæ defunctorum, incipiuntur ſine oratione dominica precedente, ſcilicet a nudo pſalmo Dilexi, Infra pſalmos uniuerſi

ſedemus

ſedemus, ad uerſum Requiem eternam, poſt ultimum pſalmum in ueſperis, & in quolibet nocturno & in laudibus, ſurgimus, Pater noſter inclinando dicimus, Dictoq; Et ne nos. & Reſponſo Sed libera nos, reſidemus, & uerſicularius legit tres lectiones ſtando in loco ſuo. Si autem nouem lectiones dicende ſunt, tūc iunior in choro legit tres primas, ſequens eum tres medias, & tres ultimas tertius, unuſquiſq; ſtans in loco ſuo. Quando cantātur uigiliæ, tunc iunior in choro hebdomadarij, ſtando incipit Antiphonam Placebo, & ceteri fratres reliquas Antiphonas ſecundum ordinem ſedendo. Et cantores intonant pſalmos ſedentes, nec propter hoc capita denudantes,+ Omnia que pro defunctis cantantur, humili uoce canenda ſunt, uerſiculi ſine neumate cantantur, per grauem accentum & lugubrem, ſicut in matutinis ante paſcha, Singuli ſingulas lectiones incipiendo a iunioribus in ſtallis ſuis cantant, ſine benedictione, & ſine Tu autem, Et terminantur in accentu graui, ſicut prophetiæ, Cantica Magnificat & Benedictus, ſub ſimplici tono pſalmorum, ſtando decantamus, Nec oportet quempiā caput denudare, Pſalmum autem Lauda anima, ſtantes ſine cantu dicimus, Quo cum requiem eternam terminato, hebdomadarius, premiſſo dominus uobiſcum, ſubiungit tres collectas. Et iterum dicto Dominus uobiſcum, concludit dicens Requieſcant in pace, Cantantur autē preces & collectæ uigiliaꝝ, ſicut in minoribus diurnis horis. Qñ uigiliæ pro defunctis in cōmuni dicūtur, Prima orō Deus uenie, Secunda Deus cuius miſericordie, Tertia Fidelium, Ad miſſam uero communis cōmemoratiōis ſcilicet Si enim, Prima oratio Deus ueniæ, Secunda, Deus cuius miſericordiæ, Tertia Oipotēs ſempiterne deus qui uiuorum dominaris. Si autem alicuius uel aliquorum ſpecialis memoria faciēda eſt, Huius uel

+ In cōmemoratiōe aiaꝝ sub vigilijs infra psalmos alt'natim sede' et stam' sic' in alijs matutinis face solent.

horum

horum oratio. ſecundo loco dicitur, & tūc tertia erit Animabus, tam ad uigilias quam ad miſſam NOTA.

Quandocumq; prior fratribus ſacerdotibus iniungit miſſas pro defunctis dicendas, tunc poteſt alijs fratribus qui miſſas non celebrant, iniūgere totidem uigilias nouem lectionum, Et ſimiliter quando iniungit fratribus ſacerdotibus miſſas uiuorum ſiue pro quacumq; tribulatione, tunc poteſt alijs iniungere totidem pſalmos penitenciales cum letanijs, ſollicitus tñ ne quis grauetur.

EXPLICIT ORDINARIum diuini officij.

# Sequitur Tractatus de periculis miſſae.

# TRACTATVS DE PERICVLIS MISSE

# Incipit Tractatus de periculis miſſe et ſacri canonis

RICVLIS MISSE ET SACRI CANO nis ex diuerſis doctoꝝ dictis copulatus & collectus

## ¶ Quanta ſit miſſæ dignitas, & quanta requiratur in ea attentio & intentio

MIſſa ſuo modo tam plena eſt miſterijs ꝙ̄ mare guttis, ꝙ̄ ſol athomis, ꝙ̄ firmamentū ſtellis & ꝙ̄ celum empyreum angelis (ut ſcribitur in compendio theologiæ libro ſexto) Et ideo negligentiæ in ea ſunt uehementiſſimæ cauendæ & diſtractiones uitandæ. Maxima namq; requiritur in celebrante attentio. iuxta quod diuinus ille Dionyſius ait in de eccleſiaſtica hierarchia. Ad ſanctiſſimum inquiens euntes ſacrificium, mundari cōuenit ab ipſis ultimis anime fantaſmatibus. Sufficit tamen ſecundū Scot. attētio uirtualis, & non requiritur de neceſſitate attētio actualis, ita ut ſi ſacerdos acceptis pluribus hoſtijs cōſecrādis, qn̄ uenit ad actum cōſecrationis, nō aduertit niſi ad eā quā habet ī manu, ſufficit illi uirtualis attētio & intētio, q̄ fuit qn̄ p̄fatas hoſtias accepit ut eas cōſecraret.

## ¶ De negligētijs cōmiſſis in miſſa, & quō puniēdæ

Quia igit̄ Chriſtus deus & hō realiter cōtinet̄ ſub hoc ſacramēto, liquet quāta reuerētia & ꝙ̄ timoroſa diligētia, hec ſacroſancta myſteria ſunt tractāda, Ob quā cauſam etiā canones magnas penas penitentiales infligunt his, qui in ipſis negligenter egerint, ut patet de conſe. diſt. ij. c. Si per negligentiā, & c. ſi per ebrietatē, Vbi dicit̄ ꝙ ſi per negligentiā effundat̄ ſanguis, & ceciderit ſup tabulā terræ adhærentē, debet lingua lābi, & tabula radi, & raſura igne cremari & cinis iuxta altare condi, & ſacerdos quadragita diebus penitere debet. & totidem diebus a ſacramento

mẽto abſtinere, Et idẽ eſt dicendũ, ſi nõ ſuper tabulã, ſed ſuper terrã aut lapidem caderet. Si autẽ ceciderit in altari ſuper lapidẽ altaris, debet ſorberi ſtilla, & tribus diebus ſacerdos penitere. Si peruenit ad primum lintheũ aut ſecũdum, quatuor diebus peniteat. Si ad tertiũ, nouẽ diebus. Si ad quartũ, uiginti diebus, & lintheamina debẽt ter ſuper calicẽ lauari, & lotura circa altare cõdi. Vel ut alij dicunt, a miniſtro debet ſumi, niſi propter abhominationẽ dimitteretur. Cautius tamen eſſet, ſecundũ ſanctũ Thomã, ꝙ illa pars linthei abſcinderetur poſt ablutionẽ, & cõbureret̃, & cinis in altari conderetur. Pena etiam hec poteſt ſecundũ eundem doctorẽ, augeri uel minui, penſatis circũſtantijs. Et ſufficit his diebus penitere in cibo quadrageſimali, uel ſicut ſolẽt ieiunare in ſexta feria Si uero aliquis per edacitatem uel ebrietatem euomat corpus Chriſti, ſi eſt laycus, quadragita diebus peniteat ieiunãdo. Si ſacerdos, aut monachus, aut quicumqꝫ alius clericus, octoginta. Si epiſcopus, centum. Si autem ex infirmitate, ſeptem diebus peniteat, & hec penitencia ſecundũ doctores ipſis infirmis non niſi ad cautelam imponitur. Debet autem uomitus ille ſumi, diligenter & cremari, & cineres iuxta altare condi. Si autem mus uel aliud animal propter negligentem cuſtodiam ſpecies ſacramenti commederet, ille cuius negligẽtia accidit, debet penitere quadraginta diebus, & mus ſi capi poſſet cremari, & cineres in ſacrarium reponi. Si autẽ amiſſa fuerit hoſtia, uel pars eius, & inueniri non poſſet, debet triginta diebus penitere. Idem faciat, per cuius negligẽtiam hoſtiæ conſecratæ putrefactæ fuerint. Hec debent uideri in decretis, de conſecratione diſti. ij. cap. Qui bene non cuſtodierit, Vbi etiam doctores iuris determinãt, qualiter huiuſmodi propter negligentem cuſtodiã, ſuſpendẽdi ſunt ab officio ad tempus.

De eo ſi

# TRACTATVS DE PERICVLIS MISSE

¶ De eo, ſi ſacerdos celebrans deficeret.

Si ſacerdos in miſſa poſt cõſecrationem corporis dñi, añ conſecratione ſanguinis, uel etiã utroq; cõſecrato defi ceret, obmuteſceret, aut mortuus fuerit, alius ſacerdos de bet ſupplere quod reſtat de miſſa, ꝓſequẽdo ubi ille di miſit, Si autem in uerbis conſecrationis defecerit, & dubi tatur an ipſa uerba conſecrationis cõpleuerit ſuper panẽ, tunc ſecundum Innocentium, c. Preſbiter, De ſacra. non ite, incipiẽdum ẽ ibi. Qui pridie q̃ pateretur &c. & con ſultum uidetur, ut ꝓlatiuo qui, dicat. Dñs noſter Ieſus Chriſtus. pridie q̃ pateretur. &c̃. Si autẽ defecerit inter ỽ ba cõſecrationis calicis, & dubitatur an ipſa uerba cõple uerit, incipiendũ eſt ibi Simili mõ, & ita dicẽdum, Simi li mõ poſtq̃ cenatum eſt, accipiẽs dñs noſter Ieſus Chri ſtus & hunc preclarꝝ calicem &c̃. quia nõ dicitur iteratũ quod neſcitur fcm̃, c. de preſbi. nõ bap. Si autẽ certum eſt q nondum inceperit uerba conſecrationis, tunc nõ opor tet ſupplere aut proſequi de neceſſitate, ſed ſi quis uellet poſſet miſſam incipere a principio, niſi forte ſacerdos de ficiens iam canonem inceperit, & aliqua ſigna ſuper pa nem & calicem fecerit, tũc enim proſequi deberet ab eo loco ubi ille dimiſit.

¶ De ſacerdote excommunicato & non ieiuno celebrante.

Sicut colligit̃ ex ſcriptis beati Thomæ & aliorꝝ, ſi ſa cerdos in miſſa recolat ſe eſſe excõmunicatum, ſi eſt ante cõſecrationẽ, & nõ tenetur celebrare eo die, tutius & me lius eſt miſſam dimittere omnino, niſi de graui ſcandalo populi uel pſonæ timeretur, Sanctus tñ Bonauen. in iiij. diſt. xiij. tenet, q ſine pctõ p̃t inchoatã perficere cũ contri tione & ꝓpoſito cõfitendi, nec uidet̃ ibi eſſe cõtemptus, Idem ſi recolit ſe eſſe nõ ieiunũ, tunc accipiẽdum ẽ quod minus habet de periculo, Maius autẽ periculum ẽ quod

contra ſacramenti eccleſiæ perfectionem, quia hoc eſt ſacrilegium, q̄ quod eſt pertinēs ad ſumentis qualitatē, & ideo ſi preſbiter poſt conſecrationem inceptam, meminit ſe nō ieiunum eſſe, nihilominus debet perficere ſacramentum. Si añ conſecrationem hoc recolit, faciēdum ut ſupra, de eo qui recolit ſe excōmunicatū añ conſecrationem. Simili modo qui incepta miſſa habet conſcientiam q non ſit preſbiter, talis ſecundum Bonouent. ante conſecrationem debet dimittere miſſam, infirmitatē fingendo, aut conſcientiam deponere.

De ſacerdote in mortali celebrante.

SI autem ſacerdos recordatur in miſſa aliquod mortale peccatū quod nōdum cōfeſſus eſt, nō oportet propter hoc miſſam inceptam dimittere, ſed ad deum ſe conuertere debet & conteri, cum propoſito confitendi & abſolutionem petendi. Nullo tamen modo debet aliquis accedere ad celebrationē uel cōmunionem habens conſcientiā peccati mortalis quod dimittere nō ꝑponit, immo deberet ſe prius ꝑmittere excōmunicari, q̄ cum propoſito mortaliter peccādi ſumere corpus Chriſti. Et quāuis grauiter peccet qui ſic ad celebrandum accedit, tamē incōparabiliter ille grauius peccaret, & puniendus eſſet, qui ꝓpter cōſcientiā etiā cuiuſcumq; enormis peccati ſe ſimilaret celebrare, & uerba conſecrationis reticendo panem non conſecratum populo adorandū oſtēderet. Quia ſecundum Innocen. abijcienda ſunt falſa remedia que ſunt ueris periculis grauiora.

De eo ſi uinū nō fuerit in calice, ſed alius liquor

SI ſacerdos ante conſecrationem calicis, deprehenderit calicem omnino eſſe uacuum, aut aquā ſolam, uel alium liquorem eſſe in eo, ſtatim calicem de nouo rite ꝓparet, & procedat nihil reſumēdo, etiā ſi corpus dñi iam cōſecrauit. Si autem hoc deprehenderit poſt dicta uerba cōſecrationis

cōſecrationis ſuper calicem, calice iam leuato & populo oſtenſo, ſed nōdum ſumpſit corpus dñi, preparato rite calice, reincipiat ibi Simili modo &c̄. & dicat. Simili modo poſtq̄ cenatum eſt accipiēs dñs noſter Iheſus Chriſtus & hunc preclarꝫ &c̄. uſq; unde & memores &c̄. & uerbis conſecrationis ſuper calicem cum debita intentione ꝓlatis, ſolita calicis eleuatione non iterata, procedat a loco quo primū deprehēdit. Si uero hoc percipiat poſt ſumptionem calicis, in quo aqua ſolū fuit, aut alius liquor, uadat ad cornu altaris, quaſi ad uinum accipiendū pro ablutione, infuſoq; uino, & aqua quam non totam ſumpſit in calice remanente, uel de nouo appoſita, redeat caute ad medium altaris, & ſtatim reincipiat ab illo loco. Simili modo &c̄. ita dicens. Simili modo poſtq̄ cenatum ē accipiens dominus noſter IHEſus Chriſtus & hunc preclarum calicem &c̄, uſq; unde & memores, excluſiue, & ſolita calicis eleuatione & omnibus alijs pretermiſſis, dicat Sanguis dñi noſtri Iheſu Chriſti cuſtodiat animam meam &c̄. & ſic procedat & cōpleat quod reſtat de miſſa. Et ſic facile erit cauere a ſcandalo aſtantium, ſi caute fiat, precipue nobis, quibus bis datur uinum in calice ꝓ ablutione. Hec ex Scoto. ſuper iiij. diſt. viij. q. ij. quem in hoc etiam imitātur doctores moderni communiter. Nec obſtat ꝙ non ſit ieiunus, quia eſt maius preceptum ꝙ ſumatur integre q̄ ieiuno ſtomacho, ut patet de conſe. diſtin. ij. comperimus & c. relatum.

## ¶ De periculo ſi uinum ſit in calice ſine aqua, & ſi uinum congeletur.

SI SACERDOS recolat ſe aquam uino non appoſuiſſe, ſi eſt ante conſecrationem calicis, ſtatim apponat & procedat. Si autem ſit poſt conſecrationem calicis, nō debet aquā ſanguini apponere, quia appoſitio aquæ, non eſt de neceſſitatate ſacramenti, grauiter tamē puniri deberet,

deberet, ex cuius culpa, predicta negligentia cōtingeret. Similiter ſi uinum in calice cōgeletur añ conſecrationē, ſacerdos debet ipſum reſoluere ut habeat rationem potus, ſi tñ non reſoluit, adhuc cōficit. Similiter reſoluere debet ſi opus fuerit, calicem ſumpturus

De periculo ſi hoſtia labetur in calicem

SI AVtem propter frigus, aut a caſu hoſtia cōſecrata tota labatur in calicē, nō oportet eā intinctā extrahere, ne cōtingat ſanguinē extra ſtillare. Nec eſt magna difficultas ex hoc habēda, ꝙ una pars tantū mittitur in calicē, hoc eñ pertinet ad miſticā ſignificationē, nō ad ſacrificij neceſſitatē. Si tñ aliqua ſigna cū hoſtia adhuc facere debeat, ſufficere creditur ſi cum manu fiant

Si aranea uel muſca ceciderit in calicem.

SI muſca uel aranea in calicem ceciderit ante conſecrationē, effundatur, & loto calice, aliud uinū infundatur, ſed ſi poſt cōſecrationē, caute capiat̃ muſca uľ aranea, & diligenter lota cōburatur, ac locio cū cineribus ꝑ reliquijs reſeruet̃, & ſacerdos p̃t tale animal ſumere cum ſacramento, ſi de nauſea uel uomitu non timet.

SI uenenum deprehendatur in calice.

SI ſacerdos poſt conſecrationē deprehēdat uenenū eſſe in calice, nō debet ſumere, nec alteri ſumendū prebere, ne calix uitæ in mortem alicui cōuertatur, ſed debet in uaſculo apto reſeruari, ut donec finita miſſa, accipiat ſanguinem illū & igni cōburat cum aliqua ſtuppa, uel panno lineo in ipō madefacto, & cineres in uaſculo ponat in ſacrario, aut certe in ipſo uaſculo inter reliquias poteſt ſeruari. Et ne ſacramētum maneat imperfectum, abluto calice, iterum uinum infundat, & faciat ſicut ſupra dictum eſt, quando aqua ſola in calice reperitur.

Si corpus ſuper pallam & ueſtes ſacras ceciderit.

SI. CORPVS Chriſti ſuper pallā altaris aut ueſtes ſacras ceciderit, nō oportet ꝙ inſcidatᷣ, ſed cū uino abluatur, & ablutio a miniſtro ſumatᷣ. Aliæ uero ueſtes non ſacræ reſcindātur, abluātur & cōburantᷣ, & ablutio ſumatur. Si uero corpus Chriſti in terrā ceciderit, radatur terra, & raſa cōſumatur in igne, & cinis pro reliquijs conſeruetur. Si autem cadens in terrā non inuenitur, ſtramen uel quod in loco inuentum fuerit conburatur, ſi autem inuenitur corpus domini, ſcopis mundetur locus. & quod de eo ſublatum fuerit igni detur, & cinis recondatur.

Si particula hoſtiæ calici adheſerit quid faciendum

SI particula hoſtiæ in ſumptione calicis adheſerit in calice, ſacerdos digito debet attrahere ad labium calicis, & ſumere. Et ſecundum Angelum, ſi uinum ſuperfundat, & ſic ſumat, non peccat,

Quid faciendum ſi hoſtia inueniatur ſepoſita in altari,

SI hoſtia aliqua ſepoſita fuerit in altari, aut gutta uini in pede calicis, aut aliter a uino quod eſt in calce ſeparata, nō conſecratur, niſi ſacerdos intendat eā hoſtiam aut guttam conſecrare, quod non debet.

Vtrum qui nō dormit p̄t cōmunicare.

NON obſtat inquantum eſt ex precepto eccleſiæ, utrum dormierit ipſe communicans uel non ꝗuis aliqn̄ obſtet ex parte indiſpoſitionis ipſius cōmunicantis, ꝓpter defectum ſomni, & digeſtionis, & per conſequens etiam deuotionis, Hec Thomas & alij doct.

Vtrum licet celebrare non dictis Primis.

Quid uero de his qui nondum dictis matutinis celebrant miſſam. Reſpondetur, ſecundum VVilhelmū, mortaliter peccat, cum hoc ſit contra generalem & appro

batam

batam conſuetudinem. Nec celebrandum eſt niſi dictis primis, quod quidam intelligūt de primis que in choro, & non de his que in priuato dicuntur. Tamen ſecūdum Hoſtienſem, qui nunc celebrat anteq̄ dicat primam, non peccat mortaliter, niſi ſit contra preceptum, uel conſuetudinem, uel ſtatutum, Sicut ordinarius noſter prohibet celebrare niſi prius dictis primis.

Ad miſſam celebrandam duo pro decentia debent adeſſe, ſufficit tamen unus, maxime ad miſſam priuatā.

Item mulier in miſſa miniſtrare nō debet, immo nec pallas, nec ueſtes contingere. Sine lumine non licet celebrare, ut extra, de cele. miſ. c. vl.

De his que omittūtur in miſſa

Quid ſi omittatur aliquid de his, que ad ritum celebrationis pertinent. Reſponſio ſecundum Thomam & Albertum et omnes theologos, quilibet omittēs aliquid tale, puta tempus debitum, altare, ueſtes, & huiuſmodi, nihilominus conſecrat, ſi eſt ordinatus, & aſſit intentio, & debita materia, & forma, ſed grauiſſime peccat ſi hoc ſcienter faciat. Si autem ſacerdos recolat ſe nō dixiſſe uerba cōſecrationis, & de hoc certus ſit, debet ea reſumere. Si uero dubitauerit ſolum, debet deponere talem ſcrupuloſitatem, & procedere, quia qui multa dicit, non poteſt omnium ſemper recordari. Si autem aliud preter uerba conſecrationis, aut quod non eſt de eſſencia ſacramēti dimiſerit. etiam ſi certus ſit, non debet immutare ordinem ſacrificij ea reſumendo, ſed procedat cum propoſito confitendi.

Declaratio quedā neccāria circa p̄miſſa

Circa penas taxatas in caſibus & periculis preſcriptis, hic notandū eſt, ꝙ et ſi pro forma habenda taxate ſint, manent nihilominus & ſunt arbitrarie, ad arbitrium preſidentis & diſcretorum fratrum, qui penſatis circumſtātijs &

tijs & conditionibus negocij & perſonæ, poteſt uel adde-re ad eas aut minuere de eis, prout uiſum fuerit. Vbi uero nō eſt aliqua pena taxata in caſibus preſcriptis, relinqui-tur preſidentis & diſcretorum fratrum arbitrio taxāda, ſe-cundum modum & formam ſequentem. In primis, ſi prelato notorie & palā negligentia, aut periculum in cor-pore, uel ſanguine domini contigerit, aut in aqua, ſiue ca-lice uacuo conſecrauerit, in capittulo ſedens, & cum om-ni humilitate ſeipſum accuſans, fraterna compaſſione & oratione deleri poſtulet hunc exceſſum, qui licet in pub-lico correptionem non ſubeat, in occulto tamen interni arbitri iram preuenire ſatagat. Porro ſi ſubdito conti-gerit negligentia huiuſmodi, & id notorium, ſiue pluri-bus iam compertum fuerit, ſponte ſurgens in conuentu, cōfiteatur toto corpore proſtratus, ac pro arbitrio preſidē-tis corporalem recipiat diſciplinā, ut diuinā mereatur in-dulgentiā. Deinde ſurgant miniſtri ſi fuerint, aut mini-ſter, & uenia ſimili modo petita, ad uapulandum ſe pre-parent, & clementer uindictæ ſubiaceant. Quibus ad lo-ca ſua reuerſis, omnes ſacerdotes ſurgant, & in locis ſuis permanentes, toto corpore proſtrati ueniam petant, & uo-luntariam ſubeant uindictam, ſicut de miniſtris dictum eſt, & quia unum cor ſunt & una anima, mutuo ſua one-ra portātes legem adimpleant Chriſti. Deinde dicātur in conuentu aut in priuato ſeptem pſalmi penitētiales, aut aliæ orationes ad arbitrium preſidentis, aut etiam elemo-ſinæ dentur, ne forte ſit aliquod latens malum in mona-ſterio, cuius talis negligentia fuit ammonitio, ut ſic abole-atur, & ira dei placetur. Sacerdos quoq; cui accidit, ad ar-bitrium preſidentis aliquot diebus a celebratiōe pro re-uerentia abſtineat. Q; ſi negligentia talis occulta fuerit, non eſt cogendus is cui accidit, ſiue prelatus fuerit, ſiue ſubiectus, ut publice cōfiteatur, ſatiſſactiones nihilomi-

nus

nus ſecundum formam preſcriptam caute fieri poſſunt. Videatur de hoc beatus Bernardus in epiſtola ad Abbatem Guidonem de tribus fontibus. epl'a lxix.

EXPLICIT TRACTATVS de periculis Miſſæ.

# Vt posteri habeant formam dicendi Confiteor in priuato quando legit quiſq; primam uel completorium, Iſte modus traditus eſt a Capitulo.

COnfitemini domino quoniā bonus, Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confiteor deo celi, beatæ Mariæ uirgini, beato Auguſtino & oībus ſanctis dei, quia peccaui nimis cogitatione, locutione, opere, & omiſſione, mea culpa, Ideo precor glorioſiſſimam uirginem dei genitricem Mariam, beatum Auguſtinum, & omnes ſanctos dei, orare pro me peccatore.

Miſereatur mei omnipotens deus, & dimiſſis omnibus peccatis meis, perducat me ad uitam eternam, Amē. Et non dicat talis legens in priuato Confiteor per ſe ſolū, Indulgentiam &c̄. ſicut in conuentu.

Similiter iſta forma abſolutionis, que legitur a cōfeſſore ſuper penitentem, a capitulo generali eſt tradita.

MIſereatur tui omnipotens deus, & dimiſſis ōnibus peccatis tuis, perducat te ad uitam eternam, Amen, Dn̄s noſter Iheſus Chriſtus per ſuam piiſſimā miſericordiam te abſoluat, & ego auctoritate qua fungor, abſoluo te a uinculo excōmunicatiōis

municationis ſi neceſſe eſt, & a peccatis tuis, In noīe patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Paſſio dñi noſtri Ieſu Chriſti, meritum glorioſæ uirginis Mariæ, & omniũ ſanctoꝝ, & oīa bona tua per te facta, & adhuc facienda, cedāt tibi in remiſſionem oīm pctōrum tuoꝝ, Amen.

Sequitur forma abſolutiōis a ſede apoſtolica capitulo noſtro generali omnibuſq; ſibi ſubiectis cōceſſa, ab omnibus cenſuris eccleſiaſticis, & plenariæ remiſſionis omnium peccatoꝝ, ſemel in uita, & ſemel in mortis articulo. Pro qua gracia conſequenda, unuſquiſq; anteq; ad articulum mortis deueniat, tenetur ſi clericus uł ſacerdos fuerit, ſeptem pſalmos penitentiales flexis genibus cum letanijs. Si uero conuerſus uel commiſſus, quinquageſiēs orationem dominicā, & totiens ſalutationem beatæ Mariæ uirginis, ſingulis ſeptimanis, per unū annum dūtaxtat, pro conſeruatione ſtatus Romanæ eccleſiæ, dicere, Et ſi interim aliquem poſt inceptam, uł non peractā penitentiam huiuſmodi, ab hac luce migrarere contingat, ipſam nihilominus plenariam remiſſionem conſequatur, dummodo intentionis fuerit, illā ſi ſuperuixiſſet perficiēdi, prout habetur in bulla apoſtolica, ſanctiſſimi patris ac dñi dñi Innocentij Papæ octaui.

Forma abſolutionis omnium peccatorum, ſemel in uita, eſt iſta.

MIſereatur tui omnipotens deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad uitam eternam, Amen. Dominus noſter Ieſus Chriſtus per ſuam pijſſimam miſericordiam te abſoluat, & ego auctoritate apoſtolica mihi conceſſa, abſoluo te ab omni ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, & ab irregularitatibus, & alijs penis & cenſuris ſi opus fuerit, & reſtituo te unitati Chriſtifidelium, & ſacramētis eccleſiæ, diſpenſoq; tecum. In nomine patris & filij & ſpiritus

ritus ſancti, Amen. Et eadem auctoritate apoſtolica mihi hac uice conceſſa, te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, & do tibi plenariam remiſſionem omnium peccatorum tuorum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Amē

Forma abſolutionis omnium peccatorum in mortis articulo.

MIſereatur tui omnipotens deus, & dimiſſis omnibus peccatis tuis, perducat te ad uitam eternam, Amen. DOMINVS noſter Iheſus Chriſtus per ſuam piiſſimam miſericordiam te abſoluat, & ego auctoritate apoſtolica nunc mihi cōceſſa, abſoluo te ab omni ſententia excōmunicationis, ſuſpēſionis & interdicti, & ab irregularitatibus, & alijs penis, & cenſuris ſi opus fuerit, & reſtituo te unitati Chriſtifidelium, & ſacramentis eccleſiæ, diſpenſoque tecum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Et eadem authoritate apoſtolica mihi hac uice conceſſa, abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. Et ſi hac uice moriaris, cōcedo tibi plenariam indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum tuorum. Si uero iſta uice non moriaris, plenariam indulgentiam & remiſſionem omnium peccatorum tuorum eadē authoritate in mortis articulo tibi cōferendas reſeruo. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Amen.

FINIS

DAVENTRIAE EX OFFICIna chalcotypa Alberti Paſradi Anno ſalutis noſtræ uiceſimo primo, ſupra ſeſquimilleſimum, Menſē Aprili.

Ex decreto sacri Basiliensis Concilii qualiter hore canonice extra et intra chorum dicende sunt /

Admonet hec sancta synodus qui horas deo acceptas persolvere cupiunt, ut non in gutture vel inter dentes seu deglutiendo aut sincopando dictiones nec colloquia vel risus intermiscendo, sed sive soli sive associati diurnum nocturnumque officium reverenter verbis distinctis peragant, ac tali in loco ubi a devotione non retrahantur. Ad quam se disponere et preparare debent iuxta id quod scriptum est: Ante orationem prepara animam tuam, et noli esse quasi qui temptant deum /